Digitized by Google

19-L-9a-

Digitized by Google

19. 2. 92

19 R. 7

Digitized by Google

# CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM
Concluſionum Canonico-Ciuilium

SVB AVSPICIIS

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI PRINCIPIS

# ANTONII BARBERINI

## EPISCOPI TVSCVLANI,

## S. R. E. CARDINALIS CAMERARII,

MAGNI FRANCIAE ELEEMOSYNARII,

VTRIVSQVE REGII ORDINIS COMMENDATORIS, &c.

Carminibus erectum

A MARTINO MESQVITA

LVSITANO.

Dum Vtriuſque Iuris Laurea in Romana Sapientia inſigneretur
Anno M. DC. LXII. Menſe Die Hora



ROMAE, Typis Hæredum Franciſci Corbelletti. M. DC. LXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

# ANTONIO BARBERINO

## EPISCOPO TVSCVLANO,

## S. R. E. CARDINALI CAMERARIO

MAGNO FRANCIAE ELEEMOSYNARIO,

VTRIVSQVE REGII ORDINIS COMMENDATORI, &c.

CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM EMINENTISSIME PRINCEPS Iuriſtico erecturus Certamini, ſub CONSVLE meo erigam ANTONIO BARBERINO; & in Vrbe Gentium Principe poſiturus ANTONIANAM MAGNITVDINEM, Centumuirale Iudicium pono. ANTONIVS vnius Romæ Partus, non à Parente degenerat: Vterque Beneficijs Orbem occupando

*Diſperſit cum Sole manus.*

Mihi igitur liceat Beneficentiſſimo Pręſidij Decore frui, qui fruor Magnitudine, vt Centumuiralis Propugnaculi Vnicum ſit EMINENTISSIMVS PRINCEPS ANTONIVS BARBERINVS Coronamentum.

EMINENTIAE VESTRAE

*Humillimus atque addictiſſimus ſeruus*

Martinus Meſquita.



Digitized by Google

# BENEVOLO LECTORI.

*IVRIS pelagus non ficta Poetarum mendacia, nec aurea eorum ad Apollinis plectrum ſomnia confinxere; quin immo ſua ſe mole demonſtrat, Scyllarumquè pericula in tricoſis ambagibus latentia admouet oculis in doctrinam. Quid ſi nunc primum ſuauiſſimæ Poëſeos nubat Ius noſtrum figmentis? nec ideò iniucundius; etenim Poſtliminij fictio* [A], *Adoptiuorum velata natura, & Legitimatorum* [B], *reddita,* [D] *& reſtituta Ingenuorum natiuitas* [E] *quid aliud ſunt niſi Iuſtitiæ ad Aequitatis plectrum beneficia ſomniantis? Nubat igitur, & ſalubri inſomnio videamus Iuriſconſultorum Rempublicam ludentem cum Muſis, & ſaluberrima Metamorphoſi Vatum lenocinia in legitimas nuptias conuertantur. Hoc ſiquidem euenerit, ſi centum Vtriuſque Iuris Munimina Poëticis ornata præſidijs in ſolidum CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM erexerimus. Si quis eloquio tepor affuerit, ſi quæ infelicitas furoris abiecta, ſi quod carmen lambat humum, crede ex Iuris eloquio, & methodo Iuriſtica accidiſſe. Cæterùm ſi quod promitto feliciter, peregero infeliciter, hoc animo teneas velim, me operi imparem eſſe, & ad impoſſibile non teneri* [F]. *Vale.*

A L. Poſtliminium ff. de cap. & poſth.

B L. 1. l. 22. de Adopt. auth. quib. monat. fil. eff. ſui §. 1.

D. E. §. fin. Inſt. de Ingenuis, & Libertinis.

F. L. Impoſſibilium ff. de Reg. Iur.

In Nobiliſſimum Adoleſcentem

D. MARTINVM MESQVITAM

Aulicum

EMINENTISSIMI PRINCIPIS

# CARD. ANTONII BARBERINI

Luſitanum,

Vtrumque Ius in Verſus, & Fauos includentem.

P. FR. FRANCISCI A S. AVGVSTINO MACEDO LVSITANI MIN. OSSER.

Controuerſiarum in Collegio de Propag. Fide Lectoris.

& S. Offitij Romæ Cenſoris.

## EPIGRAMMA.

QVas ſemel in Sinæ deſcripſit vertice Leges
Diuina in tabulas flexilis arte Lapis:
Quaſque iterum in tabulis ſolido conſtantibus ære,
Intulit in latias Græcia docta domos:
Inter APES, interque FAVOS Meſquita reponis;
Perque modos ſuades currere, perque fides.
Hactenus horror erat, pondusque in Legibus: illæ
Difficiles, duræ, ſcripta catena, iugum.
Tu Meſquita potes numeroſo includere verſu,
Vertere, & in lætos Iura ſeuera choros.
Plectra mouens, leges in fila canora reſoluis,
Deſilit in faciles ſcripta catena pedes.
Nemo gemet poſthac legum ſub pondere; quando
Iura, tuo reddunt illita MELLE, Melos.

## Eiuſdem in eundem

TETRASTICHON.

SCripſit atrox leges olim Draco * Sanguine; Iuſtus
Sed tamen abraſit Iura Cruenta timor.
Tu dulcis leges ò nectare conficis: eſſe
Hæc æterna Pius Iura iubebit Amor.

* Atheniēſium Legislator.

DE

Digitized by Google

DE

# CENTVMVIRALI PROPVGNACVLO

Legum, quod Armatum heroico Carmine in Aula Romanæ Sapientiæ Nobilis Adoleſcens

MARTINVS MESQVITA

Luſitanus defendebat

AVSPICIIS

EMINENTISSIMI PRINCIPIS

ANTONII CARD. BARBERINI

S. R. E. CAMERARII.

## EPIGRAMMA.

LEx Deus, eſt Mundi. Diuini Numinis inſtar,
Mens cognata Deo, viuaque Lex, Ratio eſt.
A Ratione datas, leges ſanxiſtis, Athenæ:
Romaque biſſenas tranſtulit in tabulas.
Maius opus. Magni digito conſcripta Tonantis
In Tabulis lapidum, Lex lapidoſa data eſt.
Saxea Gens, lex Saxea. Lex adamantina viſa eſt:
Durior at duro Gens adamante fuit.
Fit Deus hinc Agnus, ſed largus ſanguinis. Hæc lex
Non adamantis habet, ſed cor Amantis habet.
Prodigus vt vitæ, ſic prodigus Agnus Amoris
Exleges Hoſtes legis Amore ligat.
Hinc Meſquita, Iouis condiuit nectare Leges:
Nectare Muſarum Lex fit amabilior.
Fulmine non Leges, ſed flumine nectaris vndant:
Lector, habes Leges: cum Ioue nectar habes.
Flore beantur APES; trahit illas aurea mellis
Gloria. Non ſolo flore beantur APES.
Vtile miſcendum eſt dulci. Sapientia condit
Non niſi mellis opus, quæ ſapit inter APES.

*Hieronymus Petruccius Soc. Ieſ.*

## Aliud in eundem ſupradicti

P. FR. FRANCISCI A S. AVGVSTINO MACEDO

DISTICHON.

PRiſca olim Legum latores ſæcla dederunt:
Tu Noſtro, legum, tempore Cantor eris.

Sapien.

Digitized by Google

Sapientiſſimo, Dulciſſimoque Themidis, ac Muſarum Alumno

# MARTINO MESQVITAE

NOBILI LVSITANO,

Vniuerſi Iuris

# CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM

Carminibus excitanti;

ET EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI PRINCIPIS

# ANTONII BARBERINI

## S. R. E. CARD. CAMERARII.

AVSPICIIS

In Aula Romanæ Sapientiæ Defendenti.

CAROLI BOVII SOC. IES.

## EPIGRAMMA.

AGmina ne ſcelerum ducens Iniuria, fraude
Ac vi, latronum more, cruentet humum,
Tutantes Orbem ſunt Propugnacula, Leges;
Et Ius in Crimen murus aheneus eſt.
Hæc noua, nunc, Princeps, Te, Propugnacula ſurgunt
Auſpice, quo nunquam fulta tuente Cadent.
Quod ſi Carminibus, quæ nectunt, Iura ligantur,
Et Leges Lex eſt ipſa ſecuta nouas.
Sic Amphionio ſunt condita mœnia Cantu,
Atque opus in molli Carmine forte fuit:
Talibus auſpicijs an qui ſic Iura tuetur,
Auſpicis hic inſtar Iura tuetur APIS?
Cecropiæ ſtimulos geſtant cum melle volucres:
Et Lex hic ſtimulum, MELLAque Carmen habet.

## Eiuſdem in Eundem.

IVdicio Libræ, quæ res Themis ante pependit,
A plectro didicit pendere verba tuo.
Iura dabat populis; a te nunc accipit: & te
Legiſlatorem gaudet habere ſuum.
Vtile ſi Terris Lex eſt, ſunt Carmina dulce:
Vtile ſic Terris Tu quoque Dulce facis.
Pauca igitur Iuris, non te Meſquita, peritum,
Qualia mos Vetus eſt ponere, Puncta probant.



Digitized by Google

Vtile qui dulci miſces, punctum omne tuliſti:
In te Omne, & punctum Muſa, Themiſque ferunt.

## Ad Illuſtriſſimum
## ABBATEM MESQVITAM
### Legales Theſes mira felicitate ad metrum Vocantem:
### IOANNIS LOTTI.
### EPIGRAMMA.

IN pateras Pindi lances Aſtræa reformat,
Et dulce in plectrum dira Securis abit.
Pimpla Forum, Nemeſis Clio, Rhadamanthus Apollo eſt;
Iudicat Aſcra, canit Curia, Roſtra ſonant.
Eequis Cæſareis ſcit Legibus addere Leges,
Et iubet Auguſtum ſollicitare Chelym?
DE FORTI EGRESSA EST DVLCEDO: ſcilicet vnus
Virtutis Samſon talia monſtra patras.
* Quippe noui veniens præferuidus Incola Mundi,
Solus inaudita nos Nouitate beas.

* In Braſilia natus.

## AD
## PROPVGNACVLVM CENTVMVIRALE
## A D. ABBATE MARTINO MESQVITA
### Erectum
### PHILIPPI MARIAE BONINI
### A Conſilijs, Eleemoſynis, & Concionibus Regis Chriſtianiſſimi.
### EPIGRAMMA.

LInque Polos Aſtræa, leues & lapſa per auras,
Huc placeat nitidas Currere Virgo vias.
En Tibi Munimen Meſquita Amphione ponit
Doctior, & fidibus tollit ad aſtra ſuis.
Vtque tuos longe maleſanos arceat hoſtes,
Belligeras ſummo vertice adaptat APES:
Nec melius poterat muros armare Canoros;
Tuta ſub Ipſarum Numine Terra fuit.

Sopra

Digitized by Google

Sopra le cento Leggi tradotte in verſi
DALL' ILLVSTRISSIMO SIGNORE ABBATE

# MARTINO MESQVITA

Intitolate

CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM
DEDICATE ALL' EMINENTISSIMO SIGNOR

# CARD. ANTONIO BARBERINO

DEL ABBATE LVTIO ARCANI
Nipote del Eminentiſſimo Signor

# GARDINAL DEGL' ALBIZZI.

## SONETTO.

API non piu per rinuenir dolcezze
Colà fra Campi ite a libar i fiori;
Succhiate miel da i nobili Sudori,
Di chi col Canto ſuo v'erge grandezze.
Muſe, che ſiete al poëtar auezze
Del Olimpo beuete i dolci humori
Figli d'Aſtrea, che dan legge ai Cori
Fonti perenni, che verſan chiarezze.
API nodrite tra i parti di Flora,
Penna fiorita al voſtro vol rapite,
Di chi co' i verſi ſuoi le Leggi infiora
Muſe rime Legali hoggi gradite;
Le Bilancie ad Aſtrea Apollo indora
Se verſi, e Leggi reggono le vite

AD

# CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM

A D. MARTINO MESQVITA
LVSITANO.
Carminibus erectum:
ANTONII BRANDANI
Obſequio, genioque Addictiſſimi

## EPIGRAMMA.

BIſtonio ſteterunt ſurgentes Carmine Thebæ:
Senſerunt Geticam Saxa vocata Chelyn.
Arte noua: tibi Romæ Propugnacula ſurgunt,

Pieria

Pieria circum dum ſonat arte labor.
Nembrodi videt Euphrates ſubſidere Turrim,
Diuiſa in linguas dum fremit ore Babel?
Munimenta tibi Meſquita in ſæcula ſurgunt;
Dum lingua in varios hic ſtudet ire modos.
Perge, & Apelleæ Cupiant te ſcribere Ceræ,
Marmora te Cupiant, Phidiacuſque labor.
BARBERINA tibi, quæ nunc ſua Mella propinat,
Ad famam Ceras ipſa recudet APIS.

## DE AVCTORE
### Dialogus inter Viatorem, & Muſas.

*V.* DIcite Pierides, cui PROPVGNACVLA ſurgunt,
Quæ video celſum tollere ad aſtra Caput?
*M.* Regia Iuris erunt, ſuperas nam lapſa per auras,
Eriget hic ſolium mox Dea Iuſta ſuum.
*V.* Quæ poſuere manus? *M.* Moles Auctore ſuperbit
MESQVITA. *V.* Vnde animi? *M.* Luſus origo fuit.
*V.* Iam teneo: Magnæ tribuerunt Sidera Genti,
Imperia, vt ſemper condere ſola queat.

*Palladius Erneſchi Canebat.*

# DE CENTVMVIRALI PROPVGNACVLO
## Carminibus exornato
### EPIGRAMMA.
### SALVATORIS MESQVITAE
### AD FRATREM PRAESTANTISSIMVM.

QVæ iam Centeno coluiſtis Patre, Quirites
Iura, Terentillæ Gloria prima Togæ:
Et quorum, longis aboleuerat ardor ariſtis,
Gloriaque in Cineres Semiſopita Virum:
Auſpice MESQVITA Themidi in Munimina ſurgunt
Fortia, Apollinea nobilitata fide.
Conſul obit muros, Romanorumque Securis
Tuta ſub ipſorum, Mœnia Faſce tenet.
Quaque decet ſolita Caſtrum præcingere foſſa;
Aonio, Circum flumine foſſa tumet.
Sic iam Muſarum ſtant Propugnacula dextris:
Suſpice: Muſiuo Caſtra labore nitent.
Roma ſuos Fabios, Romanaque fata Camillos
Præſtat, & Inuictos Orbis vterque viros.
Perge tuas Meſquita, lyra producere Leges;
Nam Deus, Aſtræam qui tueatur erit.
Quod fuit Aegeriæ Numen Venerabile Romæ,
Quod Sparthæ Phœbus, quod Ioue Nata, Solis;
Quod Maiæ, Hermopoli Proles, Scythiæque Zamolxis,
Quod Cretæ Iouis eſt: Hoc tibi Numen APIS.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI DOMINI

# D. PROSPERI BOTTINII

## SACRI CONSISTORII ADVOCATI

IN

## CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM

## CENSVRA.

CAnonicas & Ciuiles Leges à D. Abbate Martino Meſquita poetica paraphraſi donatas iuſſu Reuerendiſſimi P. Fr. Raymundi Capiſucchi S. Palatij Apoſtolici Magiſtri non ſine ingenti iucunditate perlegi, & in illis nihil veræ fidei diſſonum inueni, quin potius Candorem, ac nobilitatem Carminum ſuſpexi. Laus Auctoris augetur ab Argumenti difficultate, quam adeo ſuperauit, vt nihil à verborum ſenſu detorquens iter, numeris egregie adſtrinxerit Leges, in quas nullum eſſe Ius Apollini, videbatur. At Canori Muſarum luſus, nihil officiunt legum Maieſtati, quin potius illis gratiam nouitate Conciliant; Et hoc genus Carminum, quo res magnas complectimur, maximis ſe tuetur Auctoribus, qui vel ipſa Diuinitatis oracula pulcherrimis verſibus alligarunt. Quamobrem libellum hunc publica luce digniſſimum arbitror, vt Iura quæ hucuſque tantummodo profuerunt, incipiant etiam poeticis floribus delectare; & Auctoris ingenium magis innoteſcat, quem decuit inſolito ritu Theſes exponere, ſicuti acumine, & Doctrinarum omnium complexione communem ſuperat modum. Atque ita teſtor hac die 3. Iunij 1661.

*Proſper Bottinius S. Conſiſtorij Aduocatus.*



Digitized by Google

*Imprimatur*,

Si videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

*O. Archiepiſcopus Patracen. Viceſgerens.*

*Imprimatur*,

Fr. Raymundus Capiſucchus Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

IN

Digitized by Google

# IN
# CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM
## ORATIO.

AVSVS Pontificias, & Cæſareas leges Apollinari, ſeù Poetico cultu tueri, atque, (ſi tantum exilitati meæ liceat) exornare, EMINENTISSIME PRINCEPS, Illuſtriſs. Præſules, Ornatiſs. Auditores, aliam audaciæ meæ cauſam non affero, quàm Grauitatem, Maieſtatemque ipſarum Legum, quæ, vt reuerentiùs excipiantur, per metra, & carmina pronunciandæ ſunt, more Oraculorum. Hanc conſuetudinem multis, & Sapientibus, & Populis, Populorumque Legiſlatoribus communem, minimè pertimui in hoc Auguſto Romanæ Sapientiæ Lycæo repetere, vt Roma non modo per Capitolium, & Vaticanum, ſed etiam per Parnaſſum, humano imperet Generi; nam reuera hæc Montium Trias eſt Mundi Vertex; poteſt quidem Parnaſſus abſque Vaticano, & Capitolio eminere; poteſt & Capitolium cum Vaticano regnare ſine Parnaſſo; ſed nec Maieſtas, nec Sapientia ſuum habebunt abſolutè apicem, niſi hi tres Montes Iuriſprudentiæ vinculo coniungantur. Tuum ergò erit, EMINENTISSIME PRINCEPS, qui noſtri ſæculi APOLLO es, hunc Apollinarem laborem humaniter excipere; etenim amat Te Gallia, amat Italia, amat & Roma, non modò quia Gratiæ, & Maieſtas, ſed etiam Muſæ, & Sapientia Te vbique comitantur; hoc eſt, apud Te APES ANTONIANAE mellificant; ideoque mirum non eſt, ſi ego hauſtam ab ijs, Muſarum beneficio, particulam Mellis palam depromo. Placere qui vult, poetice loquitur. Dixi.

# DVORVM TEXTVVM,
### ALTERIVS DE IVRE PONTIFICIO IN CAP. PLACVIT I.
# DE PRAESCRIPTIONIBVS,
### ET ALTERIVS DE IVRE CAESAREO IN L. GALLVS XXIX.
### ff. De liberis & Poſthumis hæredib. inſtituendis, Carminibus
## EXPLANATIO.

O Quæ ſpectandum Terris, Cæloque recludis
Prodigiũ DIVINA TRIAS, quæ germine TRINO,
Tota TVI, fœcunda nites, modo Prodiga A, & VNO
Stricta, tenaxq; TVI modo NVMINE TRINA renides B;
VNA TRIAS, TRINVMQVE VNVM: da nobile Vati
Præſidium, & Decus; Aonio da ſcribere in Albo
Cæſareæ quo Iure Aquilę, quo Iure Tonantis
Clauigeri Imperium Terrarum ſplendeat Orbi.
Audior: en Canonum ſub Numine Numen adoro;
Et quò cęleſtis Sapientia duxerit, ibo.

A L. 1. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica. ibi. Hoc eſt vt Secundum Apoſtolicam diſciplinam, Euãgelicamq; Doctrinam PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI vnã Deitatem ſub pari Maieſtate, & ſub pia Trinitate.

A Fides autem Catholica hæc eſt, vt VNVM DEVM in TRINITATE, & Trinitatem in Vnitate veneremur. Neque confundẽtes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Ex Simbol. S. Athanaſij.

B L. 2. C. illo tit. ibi apud quem intemeratæ fidei ſenſus viget, Incorruptæ TRINITATIS indiuiſa ſubſtantia, quæ græco verbo οὐσία rectè credentibus dicitur.

B Alia eſt enim Perſona PATRIS, alia FILII, alia SPIRITVS SANCTI. Et tamen non tres Domini, Sed VNVS eſt Dominus. Simb. S. Athan.

Præce-

Digitized by Google

Præcedant mage Digna, Petri, quæ lumine fulgent. C.
Hoc erit in textu PLACVIT. PRAESCRIPTIO textus
Eſt titulus D. Lapſo ſic nectitur iſte. Quod ille
Excipienda notat generatim Iura. Quid ergò
Mirum eſt, ſi ſpecies, ſunt præſcribentia, vt illis
Succedant? Iuſtam ergò tenet pręſcriptio ſedem.
Iam vocor ad textum; Hic trinas, ratione probante,
Scinditur in partes. Dictum dat Prima E, ſecundæ
Competit Arbitriũ F, pulchrũ dat Tertia Caſum G.
Si tamen in meſſem dum Tertius æſtuat ardor
Principium parti ſunt collatura ſecundę.
Quin ſi Donati ſuperata peſte; ſupremę.
Summa erit. Ad fidei ſi quis Pręlatus amorem
Verterit exanimem populum, regnetquè ſecundo
Numine, in Imperio dum terna Hiberna rigeſcent.
Nec tamen Eccleſiam lędat data noxa vacantem;
Vel cum Tartareus diſcordi ſemine ſerpens
Sparſerit Eccleſiam, Paſtoremque: Ille gubernet
Præſcriptos fines, Præſcriptaque numina adoret H.
Hæc facti ſpecies. Dubij ratione petitum eſt;
Num queat Eccleſiam trino pręſcribere in anno
Pręlatus, populo, Fidei, qui reddidit aurum?
Principio, dubij ratione hoc eſſe negandum
Viſum erat; Eccleſias etenim pręſcribere, ſolus
Eſt potis annorum denus quater annuus vſus,
Nec minor I. At noſtri textus, tria Lumina Solis
Annua, Iudicium rutilanti iure coronant.
Nec tamen oppoſitum, mouet in contraria puppim.
Illud enim verum generali Iure ſuperbit,
Hoc fidei fauor obtinuit, nec debet in omnes
Extendi caſus L. Sequitur mea littera textus.

Si quis ad ęthereæ conuerterit agmina lucis
Luctantes animas, & Chriſto thura daturas
Reddiderit, fideique locum ſacrarit, & aſtris [1];
Ternaque regnantem nullis repetentibus ęſtas
Viderit [2], vlterius nullum petijſſe iuuabit [3].
St tamen in meſſes dum tertius æſtuat ardor,
Qui poſſet petijſſe aderit Pręlatus, & ipſe

C Dignitatis enim ordo ſeruari debet, vt C. vt dignitatis ordo ſeruetur l. 12. l. 1. ff. de Alb. ſcrib. Can. præcipimus 12. q. 1. l. Sancimus, & fin. C. de Sacroſanctis Eccleſ.

D Toto titulo de Præſcriptionibus; hic etenim habetur noſter textus in Cap. Placuit.

E L. Pupillus 24. l. qui autem ſ. Sciendũ eſt ff. quæ in fraudẽ creditorũ, Can. Nunciatum 84. diſt. l. non enim negligentibus ff. ex quibus cauſis maiores.

F L. Verum ff de min. Anaſtaſius Germonianus Animaduerſ. lib. 1. c. 20. Felin. in cap. cum Deputati nu 7. de Iudic. Mol. de Iuſt. tract. 2. diſp. 78. nu. 7. l. Sicut C. de Pręſcriptionibus.

G Cap. 2. de Conuerſ. Infid. cap. in fidei fauorẽ de hæret. lib. 6.

H Cap. Vigilanti de Præſc. l. 1. ff. de Vſucap. l. fin. C. de ſeruitutibus, & aqua.

I Cap. de quarta cap. ad aures hoc titulo, auth. Quas actiones C. de Sacroſanctis Eccleſijs.

L Cap. in fidei fauorem ſ. cap. Accuſatus 8. ſ. Licet, & cap. ne aliqui 10. cum ſimilibus de hæret. in 6.

C Et magis digna ſunt prius nominanda Can. penult. 17. diſt. Gloſ. in Can. bene quidem, verb. Mediolanenſis, 96. diſt. Gloſ. in Cap. Quorumdam verb. Prædicatorum de elect. in 6. & Gloſ. in Cap. 2. verb. Prædicatores de pactis in 6. & deniq; Gloſ. in Clem. vnica verb. Regũ de Baptiſmo Cap. Antiqua de Priuileg.

D Noſter tex. eſt de Præſcrip.

E In prima parte textus noſtri dictũ continetur. Quod ſi quis conuerterit Populum ſiue locũ ad fidẽ, Epiſcopus, alio exiſtẽte, ſed negligente Epiſcopo proprio, conuertentis, & triẽnio poſſidẽtis diligentiæ acquiritur ille locus. Vigilantibus enim, & non dormientibus Iura ſubueniunt.

F In 2 parte continetur Arbitriũ ſiue compoſitio quæſtionis. Prima enim pars verificatur, ſi affuerit Epiſcopus, qui poſſit loqui, ſeu repetere, quod non faciat.

G In tertia parte pulcher caſus continetur de Prælato Donatum abijciente.

H Hæc eſt textus ſumma.

I Hic factum, & dubitandi ratio proponitur

L. Quod enim fauor fidei obtinuit, ad caſus plurimos extendi non debet.

1. Placuit, vt ſi quiſquam aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit.

2. Si eum per triennium nemine repetente tenuerit.

3. Vlterius ab eo non repetatur.

1. Abbas, & Communis in præſ.
2. Omnes in Can. Placuit il 2. 16. q. 3.
3. Gloſ. vlt. in Reg. Poſſeſſor de Reg. Iur. in 6.

Conti-

Conticuit [4], contra ſi defuit; vnde nocere
Eccleſiæ illicitum, nec præſcriptura capeſſant
Iura [5]; Locus Prælatum vbi primũ acceperit, illum
Reppetijſſe iuuet, dum terna Hiberna rigeſcent. [6].
Quin ſi Donati ſuperata peſte, cremaſſet
Fortior Alcides, Oeta in meliore, ſceleſta
Quodquod Neſſus atrox cœlarat veſte venenum [7];
Non præfiniti Prælato temporis vſus
Ille nocere poteſt [8]; quin qua conuertitur hora,
Iura habeat, donec falcem ter meſſor ariſtis
Supponat, repetatque locum ſibi iure patentem [9].
Gloſſa duplex nihil oppoſiti, curęque faceſſit.
Cęſar adeſt, poſt Pontificis Decreta ſupremi.
Lex nitet hic GALLVS, quæ fortibus inuia, forti
Ingenijs roſtro, tricoſa & fronte, reſiſtit.
Poſthuma Progenies agnatę commoda libræ
Expedit, & titulum; lapſę ſic iſte Rubricæ
Nectitur; illa Aſſis tabulas, quo iure diſertus
Condere Teſtator, quo iure capeſſere natus
Poſſit, habet [M]. Lucrum quoniã tamen Aſſis haberi
Per natam prolem, & non natam, iuſſerat æqui
Iuſtinianus amans [N]; idcircò Poſtuma, in Aſſis
Succedit tabulas, proles; non ſcinditur iſte
Textus; at in Summæ totus ratione, refertur.
Nè Libræ rumpatur opus [O], teſtator in omnes
Diſponat natos; Si quis mihi præuius, auras
Filius extremas biberit, perſona Nepotis,
Vel Neptis, quę cum morti conceſſerim, in auras
Vitales veniat, deno per proxima menſi
Tẽpora, queis natus mihi mortuus; Imperet Aſſi [P].
Hoc factum. Hæſerunt olim quonam ordine, librę
Teſtator tabulas cum conderet, & ſolerti
Vti lege queat, tabulas ne perderet Aſſis:
Formula enim Galli dubij ratione negatur
Apta referre vices: quia Galli formula natum
Præterit, & nondum natus prętenditur hęres,
Proximiore gradu niteat cum filius: atqui
Proximior ſuperat [Q], non ergò formula Galli

4. Si tamen per ipſum trienniũ fuerit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit.

5. Si autem non fuerit non præiudicetur matrici Eccleſiæ.

6. Sed liceat cum locus acceperit Epiſcopum ex ipſo die per triennium repetere.

7. Item ſi fuerit Epiſcopus ad Cath. fidem ex Donati parte conuerſus.

8. Non ei præiudicet definitũ tempus.

9. Sed ex quo die conuerſus eſt habeat per triẽnium poteſtatem repetendi locum, qui ad ipſam Cathedram pertinebat.

M L. qui Teſtamento l. Hæredes ff de Teſtamentis.

N Per Vlpianum in l. Poſthumi 3. ff. de Iniuſto rupto, & irrito teſtamento.

O Supra citato textu in l. Poſthumi. l. quæret ff. de verb. Signific. l. oſtentum eo: illo tit. l 3. C. de Poſth. l. non ſunt. l. qui vtero ff. de ſtatu hominum.

P Hæres eſto, vt toto tit. de teſtamentis, & hæred. inſtituendis.

Q L. in ſuis ff. hoc noſtro tit.

4. Balboa de Præſcript. 1. part. quartæ, quæſt. 1. in fine.

5. Cou. in Reg. Poſſeſſor p. 2. §. 11. nu. 8.

6. Balboa de Præſc. 2. part. ſextæ principalis nu. 7. Molin. de Iuſt. tract. 2. diſput. 78. n. 7.

7. Aymon. de Antiquit. temp. part. 4. cap. Materia nu. 68.

8. Surdus in deciſionibus Deciſ. 4. num. 1.

9. Rota apud Farin. deciſ. 419. num. 4 part. 2. Recent.

M L. ſi Pater familias l. ſi ita ſcriptum fuerit l. his verbis, l. ſeruus, L. Lucius, Titius, ff. de hęr. inſtituen.

N Non enim minus æquitati conſulitur, cum Filij Poſthumi ratio habetur in hæreditatibus.

O L. quod dicimus ff de verb. Signification.

P Summa, & factum textus proponitur.

Q Pro dubij ratione, dicitur Gallus, præterire proximiores, qui ſuperant longinquos.

Sola

Digitized by Google

Sola placet; ſed firma manet ſententia noſtri
Iudicis. Oppoſitum ſic ſoluitur; ille nepotem
Cum inſtituit, iam ſupponit ſibi morte fuiſſe
Sublatum hęredem, nec quod dubitare faceſſat
Hoc trahit, at natus modò Poſthumus Aſſis honores
Pręteritus peteret, quod Galli formula tollit [R].
Littera noſtra patet, patuit quoq; ſumma. Diſertus
Pro nobis cecinit Gallus [1], forteſque Leones
Terruit, hinc Galli ſequitur modulamina Paulus [2];
Vlpius aſſentit [3]: melius ratione probatur.
Fingite in Elyſias migrauerit impiger oras
Filius, agnaſci ſi contigit vſquè nepotem,
Et ſe pręteritum inueniat, teſtatio mentis
Nulla foret; tabulas forti petet ariete [4], vt omnes
Edocuere Patres [5], queis Princeps Bartholus eſto [6].
Gloſſa eſt vndecuplex, toti clariſſima iuri.

R
L. ſi Poſthumus ff. de lib. & Poſth. l. Filij etiam l. ſi Filius hæres, hoc eo, tit.

1.
In dicta l. Gallus.

2.
L. Pen. ff. de leg. 1.

3.
L. 1. §. pen. de leg. 3.

4.
L. Poſthumus eo:

5.
Caſtro, Iaſon, Baldus in d. l. Poſthuma. cod.

6.
Bartolus noſter Anteſignanus eodem.

R
L. Poſthuma, l. Titius teſtamẽto, §. Lucius Titius, l. Filius a Patre, §. ſi quis, l. inter cætera, ff. eodem.

1.
Gallus Aquilius

2.
Paulus Iuriſconſultus.

3.
Vlpianus Iuriſconſultus.

4.
Agnaſcens Pręteritus rumpit teſtamenrum Poſthumus.

5.
Omnes Parmatici.

6.
Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus meus, & Doctor in vtroque D. Felix Monachus Martorani Epiſcopus, acutiſſime, & exactiſſime in manuſcriptis ad hanc Legem Gallus, Aquilius, &c.

# EPILOGVS.

Sic iam diſcuſſis ambobus Iuribus; eia
Stringamus gladios, propugnaturus arenam
Hanc petij, volet intortis emiſſa lacertis
Haſta, Theſes pharetrę, ſint argumenta ſagittę.

# GRATIARVM ACTIO.

Tres Charites olim retulit numeroſa vetuſtas:
Tres Charites in Apes ANTONI vertis: at ergò
Quę Tibi de tanto referetur gratia facto?
Gratia tota tua eſt: id nempe referre iuuabit.
ANTONI Charites, & Apes, cui Gratię Apes sũt.

Digitized by Google

# IN CENTVMVIRALE PROPVGNACVLVM.

## PROOEMIVM.

ECquis in Aonias gaudet mecum ire bicollis
Parnaſſi,& doctas hauſiſſe in mõtibus vmbras?
Illic fatidicam Themin hauriet,omniaquè vſu
Obſeruata ſuo gaudebit diſcere; noſtro
Nunc latet ore Themis. Non hic aurata Sororum
Somnia, non fictæ voluuntur imaginis vmbræ;
Legislatrices non hic Rhadamanthus habenas,
Non Ditis Quæſitor habet: non Dędala doctę
Inſtrumenta manus; non pulchros remige penna
Caſibus Icarijs inſignes Muſa volatus
Exprimit, aut Nioben, Myrrhæuè, aut Byblidis aſtus,
Nec Tædas Meleagre tuas, non Syſiphus vrget
Marmora in emenſos iterum ruitura rotatus;
Non quæ Tyreſia Sata vaticinata per vrbes,
Veraquè cum fictis Clario modulata ſub oeſtro eſt.
Vera canam; quæ non Stygius depreſſerit amnis,
Nec Phlegethontę turbauerit vnda paludis.
Legislatrices referam ſub Numine Petri
Cæſareoquè vices; Rhadamantho iuſtior Aequi
Iuſtinianus amans, Quęſitorumquè Senatum
CAIVS, POMPONIVS, CELSVS quoquè, PAPINIANVS,
VLPIANVS, PAVLVS, MARCELLVS, SCAEVOLA complent.
His igitur Ducibus rerum, ſub Faſce Magiſtro
Efferor Aſtrææ ſpatioſa per æquora; iuſtum
Iniuſtumquè patebit opus: dulcedine carmen
Iuſtitię infractum mulcebit, ab arte, rigorem.
Arma: patent enſes, docti fera Martis Enyo

Iam

Iam face mutata bellum integrat. At quis in alto
Ventorum furijs, & obortis ſpontè procellis
Eripiat, rapidoſquè premat quę Cymba tumultus?
Vnus es ANTONI Sacri DECVS Orbis; & vnus
Gallię AMOR, qui luctantes cum fluctibus auſtros
Fręnare, & ſolo poſſis compeſcere nutu.
Tu Vati, TV DIVE faue, Iuſtiquè per ęquor
Dexter ades, liceat ſcelerum fugiſſe Carybdim;
Sit mihi Cymbula APIS; ſit APIS Lędęa propago.
His ego in Aſtrææ, per cuncta pericula, fluctus
Luminibus tutus ferar, & calcata diſertis
Greſſibus Aſtręę tellus perarata trophęis,
Legibus ANTONI per ſęcula longa triumphet.

INNO-

Digitized by Google

# INNOCENTIVS III.
## EX CAP. QVINTAVALLIS
## DE
# IVRE IVRANDO
### CONCLVSIO I.

*Iuramentum contrà bonos mores nulla cauſa cauſante effectum, nullius eſt momenti.*

FOEMINEIS vibraſſe choris conuicia natas
Quintauallenſes patuit, quæ vt mulceat almus
Illarum genitor, iuſſis parere reuinxit
Se ſe fœmineis iurando iure : [A] : at iniquum
Præceptum accepit; quod ſi vel nata, vel vxor
Aut facto, aut verbis conuicia vibret, acutis
In muliebrem illam turbam, genitorque, marituſq;
Aſſe ſatos, thalamo vxorem ſpoliaret auito. [B].
Quocirca Imperio nobis quod mittitur aſtris
Præcipimus (Iuramentum licuiſſe fatentes
Mandatum tamen illicitum) muliebribus armis
Cuſpidis infringi fulmen; reuocataque noſtris
Imperijs taceant mandata ſuperba, vel ipſum
Impunè, vt rumpat moderamina iniqua moneto. [C].

A
L. ſi Cui ff. de Seruitutibus Cap. Veniens de Iure Iur.
B Cap. quanto cap. veniens de Iure Iur. Can. Vnuſquiſque 22. q. 4. l. ſi libertus ff. de op. libert. l. Thais Ancilla §. Sorore ff. de fideicommiſſ. libertatibus. l. 4. ff. de manumiſſ. Can. Idolatria 28. q. 1. Cã. quos Deus 33. q. 2. l. qui iurato ff. qui ſatiſd. cog.
C
Perez l. 1. gloſ. 1. pag. 567. col. 1. verſ. tamen in contrarium tit. 5. lib. 2. Ordin. Fr. Emmanuel tom. 1. cap. 22. ad fin. gloſ. in cap. 2. de Maior. & obed. verbo Morte. Tiraquel. de pœn. temp. in præf. nu. 67. & 68. & in manuſcriptis egregie Eruditiſſimus & perilluſtris Dominus meus Felix Monacus I. V. Doctor & in Archigymnaſio Sapientiæ Veſpertinæ Canonicæ Profeſſor.

A
Quiutauallis noſtris auribus intimauit quod pro offenſa quã filiæ ipſius alijs mulieribus irrogarant, quod earum mandato pareret præſtitit iuramentum.
B
Quæ tale illi ſub debito iuramenti dedere mandatum; quod ſi quando filij, aut vxor illius, aliquod factum vel verbũ contumelioſũ mulieribus ipſis obijcerent, idem filios & filias exheredaret, & a ſe propriam remoueret vxorem.
C Quo circa mandamus quatenus cum licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum, prædictis vt reuocent mandatum illud iniungas; alioquin eum ad mandati obſeruationem illius denuncies non teneri. Can quos Deus. 33. q. 2. &c.

# CONCILIVM AFRICANVM
## EX CAP. PLACVIT. I.
## DE
# PRAESCRIPTIONIBVS
### CONCLVSIO II.

*Epiſcopus contrà Epiſcopum locum per ſe conuerſum ad fidem præſcribit triennio, ſed non contrà ipſam Eccleſiam dum vacat, vel eſt in Schiſmate.*

SI quis ad æthereæ conuerterit agmina lucis
Luctantes animas, & Chriſto thura daturas
Reddiderit, fideique locum ſacrarit, & aſtris,[A];
Ternaquè regnantem nullis repetentibus æſtas
Viderit;[B]; vlteriùs nullum petijſſe iuuabit,[C].
Si tamen in meſſes dum tertius æſtuat ardor
Qui poſſet petijſſe aderit prælatus, & ipſe
Conticuit.[D]; contrà ſi defuit; vndè nocere
Eccleſiæ illicitum: nec præſcriptura capeſſant
Iura[E]; locus prælatum vbi primum acceperit, illum
Reppetijſſe iuuet, dum terna hiberna rigeſcent.[G].
Quin ſi Donati ſuperata peſte, cremaſſet
Fortior Alcides Oeta in meliore, ſceleſta
Quodquod Neſſus atrox cælarat veſte venenum,[H]
Non præfiniti Prælato temporis vſus
Ille nocere poteſt,[I]; quinqua conuertitur hora
Iura habeat, donec falcem ter meſſor ariſtis
Supponat, repetatquè locum ſibi iure patentem.[L]

A
L. pupillus 24. l. qui autem §. ſciendum eſt ff. quæ in frau. Cred. l. Summa 22. l. debitor 3. verſ. neque enim de Sep. Cã. 1. Nunciatũ 84 diſt. l non enim negligentibus ff. ex quib. Cau. Mai.

B
Cap. Vigilanti de Præſcr. l. 1. ff. de vſucap. l. fin. C. de Seruituti & Aq.

C
Cap. 2. de Conuerſ. Infid. in fin. Can. ſi hæreticus 2. q. 7. cap. ſi in fidei fauorem de hæreticis lib. 6.

D
L. Verum ff de Min. Anaſt. Germon. animaduerſionum lib. 1. cap. 20.

E
Felin: in Cap, Cum deputati nu. 7. de iudic. Molina de Iuſt. tract. 2. diſp. 78. nu. 7. l. ſicut C. de præſcr: Surdus deciſ: 4. num 1. Rot. apud Farin, deciſ: 419. nu. 4. par. 2. Recent.

G. H. I. L.
Non valenti agere non currit præſcriptio auth. niſi tricennali C. de Bon. Mat. l. 1 eo: illo tit. l. Cum notiſſimi §. illud C. de preſcr. 30. vel 40. annorum.

A
Placuit vt ſi quiſquam aliquem locum ad Catholicam Vnitatem conuerterit,

B
Si eum per triennium nemine repente tenuerit.

C
Vlterius ab eo non repetatur.

D
Si tamen per ipſum trienniũ fuerit epiſcopus qui poſſet repetere, & tacuit.

E
Si autem non fuerit non præiudicetur Matrici Eccleſiæ.

G
Sed liceat cum locus acceperit epiſcopum ex ipſo die infra triennium repetere.

H
Item ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam fidem ex Donati parte conuerſus,

I
Non ei præiudicet præfinitum tempus.

L
Sed ex quo die conuerſus eſt habeat per triennium poteſtatem repetendi locum qui ad ipſam Cathedram pertinebat,

IDEM

Digitized by Google

# IDEM CONCILIVM EX EODEM CAPITVLO.

## CONCLVSIO III.

*Ius Canonicum non poteſt conſtituere, vt præſcriptio currat cum mala fide.*

HVC age Cœleſtes inter non vltima tractus
Vranie, Cœli rimare arcana, meumque
Affer in auxilium legiſlatoris amantem
Piſcatoris opem, gemmas piſcabor, & aurum;
Audior; en ſubito Cœlum ſonat omne fragore.
Quid male ſana fides, Cœloquè expulſa, Latinis
Patribus, & toti Romano arrideat Orbi?
Aſpice vt æthereo pretioſus Simmachus oſtro
Iura det? Antiqui, ſcribit, moderamina ſceptri
Crimen non ſequitur: Nec Cœlo lapſus ab alto eſt
Peccato ſociatus Honor. [A]. Corrumpitur ætas
Aurea Pontificum male ſani criminis hauſtu;
Antiquas Patrum leges dictamina Chriſti
Pontifici mutare nefas; Viden vt Leo ſacram
Concutiat feruore iubam, rictuque ſeuero
Damnet adoratas Patrum in diſcrimina turbas? [B].
Cernis vt Vrbanum felices condere Leges
Erudiat Diuinus Amor? [C]. Decreta tuetur
Zozimus antiquis moderamina Patribus, [D], atqui
Paulus ait quidquid fidei tutamina contra
Et Rationis opem fiet, loca fœda meretur
Plena cadaueribus [E]. Culpa accendente gehennam. [F].
Ergò malæ fidei præſcriptio labe, iuuamen
Non feret, & ſacræ fruſtrà petis arma Thiaræ.

A

Simmachus Pontifex in Cã. 1, diſt. 40. C. legatur 24. q. 2. Innocentius in cap. fin. de trãſactionibus.

B

Can. quæ ad perpetuam 25. quæſt. 1.

C

Can. ſunt quidam 25. qu. 1.

D

Can. cõtra ſtatuta 25. q. 1.

E

Iob. cap. 41. lib. Reg. 4. cap. 23.

F

Cap. fin. de præſcriptionibus. cap. Litteras §. Porro de Reſtitutione ſpoliatorũ; C. omnes 28. q. 1. cap. quoniam omne de Præſcriptionibus cap. Per tuas de Simonia & ſic exponitur de pœnit. diſt. 3. ad fin. §. illud. quaſi ad medium; & Illuſtris Doctor Felix monachus in d. cap. 1. num. 3.

A Deus neque Petro neque ſucceſſoribus eius peccandi licentiam conceſſit. Simmachus & alibi. Neque Deus peccandi licentiam tribuere poteſt. Gelaſius & Papa diſpẽſare nõ poteſt ſuper aliquo prohibito per nouum & Vetus teſtamentum.

B Quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter conſtituta ſunt nulla commutatione varientur. Leo.

C Sũt quidam &c. Vbi verò aperte Dominus vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes Sancti Patres aliquid ſẽtẽtialiter diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatũ eſt, vſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. Vrbanus Papa ſic ait.

D Contra ſtatuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec huius ſedis poteſt Authoritas. Zozimus.

E Quod non eſt ex fide Peccatum eſt & quod fit contra conſcientiam ædificat ad gehennã. S. Paulus.

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO IV.

*Poteſt tamen Ius Canonicum facere vt currat cum ſcientia rei alienæ.*

GRANDE ſcelus! fidei male docta ſcientia proſit?
Turpe! alienarum præſcripta ſcientia rerum
Adiuuet? at fidei mala ſemina nonne ſuperbus
Aſſeruit, qui non proprio ditata labore
Iura capit, ſocioque cupit reperire ruinam? [A].
Sed vento ſcopuliſquè canunt; placuitquè fidelem
Prælatum donare loco, quem lumine ab vmbris
Tartareis, (proprius ſi negligat) intulit aſtris [B].
Ni cauet infecti damni vibrare ſagittas
Seia, domos proprias, & vectigalia perdet. [C].
Poſſideat, quę quiſque Reo petit arua doloſo [D].
Non conteſtatę ſi quis reus arte doloque
Illudat Liti; actoi habet rem iure petitam. [E].
Deniquè Prętoris qui ſub moderamine iuſto
Poſſidet, ad iuſtum fidei moderamen adhęret [F].
Quamuis ergò aliena ſciat qui poſſidet arua
Si benè poſſideat, fidei male ſana Cupido
Vnde? vbi? quo? quorſum? quãdo? nuſquã illa videtur.

A

L. Bonæ fidei ff. de Acquir. rerũ domin. l. Bonæ fidei ff. de Verbor. ſignific. l. ſi is qui pro emptore §. pen. de vſucap. l. 2. §. ſi Seruus ff. pro emptore l. qui fundum §. qui bona fide & l. fin. eo illo titulo l. ſi exiſtimãs ff. pro ſol. l. item veniunt §. petitam l. ſed etſi lege 28. §. ſcire ff. de petitione hæreditatis l. quia quolibet ff. de contrahẽda emptione l. qui ſcit §. fin. de vſuc. l. furtum 37. verſ. primo & l. ſequenti de vſuc. l. 1. C. Vnde vi. §. ſi quis à non Domino Inſt. de rerum diuiſ. Can. ſi Virgo 34. q. 1. & 2. cap. fin. de Præſcriptionibus. Eruditiſſimus Dominus Felix Monachus in manuſcript. hic. num. 4.

B

Can. Placuit 16 q. 3. cap. Placuit de Præſcriptionibus vbi dicitur; ſi eum per triennium nemine repetẽte tenuerit vlterius ab eo non repetatur.

C

L. ſi finita §. Iulianus. §. ſi de Vectigalibus ff. de damno infecto l. generaliter ff. de noxalibus actionibus.

D

Cap Prout de dolo & contumacia.

E

Cap. fin. §. penultimo & §. fin. vt lite non conteſtata.

F

L. Iuſte poſſidet ff. de acq. poſſeſ. Alex. de Neuo in dicto cap. 1. num. 3. de Præſcrip. contra Panormitanum, quod ſcilicet detur preſcriptio cũ ſcientia rei alienæ.

IDEM

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO V.

*Princeps poteſt ſuo priuilegio aliquem immunem reddere à præſcriptione tàm præterita, quàm futura.*

ET ratio ſuadere poteſt, præſcriptio namque
Cæſarum ab Imperijs poſitiuo in iure renidet
Teſtis Gæſarea famoſus origine Codex. [A].
Digeſtumquè vetus [B], Romanorumquè Parentum
Decretale decus [C]. Poſitiui vincula iuris
Principis Imperio ſoluuntur; [D]. at obijcet quis?
Quæ naturali fundantur Iure, Potentum
Nequidquam Imperijs ſubſunt; moderatur ab aſtris
Naturam Deus ipſe, atque immutabile iuris
Naturæ nitet axe decus [E], corrumpitur aurum,
Iura ſed ęternùm durabunt ſanguinis; [F]. atqui
Naturę ratione viget pręſcriptio; finem
Litibus imponens, [G]. Dominorum commoda certis
Legibus aſſignans; [H] igitur pręſcriptio nulla
Tolli lege poteſt tranſacta, futuraue. Solue.
Pręſcripſiſſe ſatis poſitiuo è iure probatur
Pręcipuè exortum, Canones. Digeſtaquè teſtes,
Conſequitur natura tamen, quia nempè faceſſunt
Crimina; Cęſareis igitur dabit oſcula plantis

A Codex à Iuſtiniano dictus in titulo Cod. de Præſcriptionibus.
B ff. de Præſcript.
C In Decretalibus de Præſcript.
D Cap. Propoſuit de Cõceſ. Præb.
E §. pen. Inſt. de iure Naturali Gentium & Ciuili.
F L. iura Sanguinis ff. de reg. iuris.
G L. fin. ff. pro ſuo l. apertiſſimi C. de Iudicijs l. Cum notiſſimi Cod. de Præſcriptionib. 30. vel 40. annorũ.
H Princ. Inſt. de vſuc. l. vt perfectiùs C. de annali exceptione cap. vigilanti de Præſcript. Gregor. Tholoſ. lib. 40. Syntag. iur. cap. vlt. eruditiſſimus Doctor Felix Monachus hic num. 5.

A Codicem Iuſtinianus ſuo nomine condecorauit.
B Digeſtum Vetus ideſt ex illis veterũ ſcriptorum libris plus duobus millibus.
C Decretales Sũmorum Pontificum Romanorum.
D Princeps eſt animata lex.
E Sed naturalia quidem iura Diuina quadã prouidẽtia cõſtituta firma ſemper, & immutabilia permanent.
F Iura ſanguinis nulla ciuili lege tolli poſsũt.
G Vt finis litibus imponatur, & ne immortali prope timore teneantur poſſeſſores.
H Ne diù & fere ſemper quarundam rerum dominia incerta eſſent.



Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO CVI.

*Eccleſia contrà quam quadragenaria completa eſt præſcriptio reſtituitur in integrum contrà præſcriptionem.*

QVod fidei fauor obtinuit non debet in omnes
Extendi caſus; atqui præſcribere contra
Eccleſiam poterit fidei tutator, & illam
Non repetet Prælatus iners, fideiquè fauori
Conſuluiſſe iuuet, meritumquè corona maritet [A].
Ergò vbi non fidei fauor emicat æmula ſacram
Eccleſiam nè læde manus; nam iura fauoris
Regula ſunt vbi nullus adeſt fauor [B]; inde Minori
Comparat Eccleſiam Petri ſucceſſor in Vrbe
Tertius innocui qui nomine & omine ſplendet [C].
Firmat Alexander quoque tertius [D]. adde, quod ipſe
Eccleſiæ Paſtor tutoris nomine gaudet
Et curatoris; [E]; Minor autem in prima bonorum
Iura redit; teſtis ſub Codice Maximianus [F].
Teſtis in edicto Calliſtratus [G]. imperat æquum
Cæſar Alexander, [H], collatio prima tuarum
Iuſtiniane nouellarum, verbum pupilli
Præcipit [I]. Eccleſiæ ſic reſtituentur honores.

A
Cap. 1: de Præſcrip. cap. 2. de Conuerſ. Infid. Can. ſi hæreticus 2. q. 7, cap. ſi in fidei fauorē de hæret. lib. 6.

B
L. ius ſingulare l. quod vero cauſa de legibus.

C
Innoc. 3. in cap. Auditis de in integ. reſtit.

D
Alex. 3. in cap. 1. de in integ. reſtit.

E
Auth. de Eccleſ. tit. §. vlt. Coll. 9 arg. textus in Can. quia ea 3. quæſt. 2.

F
l. vnica C. ſi aduerſus vſuc. & l. minoribus C. de in integrum reſtitutione minorum.

G Calliſtratus in l. etiam ei ff. de Minoribus.

H Alexander Imperator in l. minoribus C. ſi tutor vel curator interu.

I Iuſtinianus in Auth. de hæred. & falc. Collat. 1. §. Pupilli, & egregie hic eruditiſſimus D. Doctor Felix Monachus num. 6.

A
Ibi in textu vlterius ab eo nō repetatur.

B
Ius ſingulare firmat regulã in cæteris caſibus.

C
Minori, qui in integrum reſtituitur comparatur Eccleſia ab Innoc. 3.

D
Vt etiam ab Alexandro huius nominis Papa 3.

E
Quod cōfirmatur quia ipſe Summus Pontifex & Prælati dicuntur Tutores & Curatores.

F Minori autem teſte Maximiano Imperatore in integrum reſtituitur.

G
Et teſte Calliſtrato loquendo de eo cui ante quam naſceretur vſucaptum eſt itum, ergo &c.



Digitized by Google

# REGISTRVM GREGORII ITALIAE PATRICIAE EX CAP. II. DE PRAESCRIPT.

## CONCLVSIO VII.

*Taciturnitas Prælati ad ſcandala vitanda non nocet Eccleſiæ donec ſit præſcriptum.*

SCandala nil proſunt,[A]: nil Nos ſtrepitante forali
Iudicio de Pauperibus voluiſſe referre
Arbitrium, ſeù Iudicium præſcripſimus[B]; olim
Scandala ius proprium perimebant[C]; iuraquè ſacræ
Eccleſiæ ſuaui Prælati lege capeſſant[D].
Nec tantum fugiant mala corporis, vt mala ſacris
Scandala quę pariunt animis[E]; vos noſſe putamus
Quod taciturna ſacri, & noſtri patientia iuris
Venturis poſt ME Eccleſiæ Rectoribus vllum
Non feret exemplum[I]: nec pręſcribentia latè
Tempora pauperibus noxalia fulmina iactent[F].

A Panormit. hic num. 8. Felin. à n. 2. Couarruuias in Reg. Peccatum p. 1. à num. 3.

C Cap. ad aures de temp. ordin.

D Can. cauendũ 10. qu. 3.

E Can. nolite 11. qu. 3. Can. iam nunc 28. qu. 1. verſus finẽ Cã. illa 12. diſt. cap. qui ſcandalizauerit de Reg. Iur.

I Can. ſi Epiſcopum 16. q. 6. Can. ſi ſacerdotes 16. q. 3. cap. Fraternitatem de donat.

F Couarruuias in Reg. poſſeſſor. part. 2. §. 12. num. 5.

A Nihil prodeſt & infra.

B Nihil cũ ſcandalo, nihil cum forali ſtrepitu vobiſcum nos velle de Cauſis pauperũ diffinire vobis ſcripſiſſe meminimus.

C Olim propter ſcandalum periebant potius iura.

D Et Res Eccleſiaſticæ defendi debent ſine ſcandalo.

F Sed illud vos ſcire credimus taciturnitatem atque patientiam noſtram futuris poſt me Pontificibus in rebus pauperum præiudicium non facturam &c.

IDEM

# IDEM REGISTRVM
## EX
# EODEM II. CAPITVLO
### CONCLVSIO VIII.

*Propter ſcandalum euitandum non ſunt dimittenda bona Eccleſiæ; etiamſi cædes vel quid aliud horrendum indè ſequeretur.*

IVra patent: ſacri moderator Tertius Orbis
Innocuus Princeps [A]; Meldembergenſibus idem [B];
Et Terdonenſi Prælato hæc iuſſa miniſtrat [C];
Teſtis Lugduni celebratus in Vrbe Senatus [D].
Teſtis Alexander de Nomine Tertius [E]; illi
Exodus aſſentit [F], Monacha ſatus explicat [G], indè
Firma manet votis ſententia noſtra. Nec obſtat
Quod textum impugnet [H]; quoniam Gregorius ore
Aethereas humili felix optauerat oras
E placido fluxiſſe polo, liquefactaque cœlo
Sidera in humanos fluerent vt manna labores;
Mens humilis nil cum Imperio, ſtrepituquè forali
Effectum voluit; quin quod Rectoribus Vrbis
NOS verbum eſt ſolitum reſcripta probare, negauit
Hoc humilis Princeps ſibi ponere; Noſſe putamus
Quod taciturna ſacri, & noſtri patientia iuris
Venturis poſt ME Eccleſiæ Rectoribus vllum
Non feret exemplum; ſic textus carmina noſtri.

A In cap. 2. verſ. ſuper eo de noui operis nunciatione.

B Cap. ſignificaſti de homicidio, cap. Sacris de ijs quæ vi met.

B Innocentius 3. Abbati Sanctæ Trinitati de Meldemberg.

C Cap. olim 12. de Reſtitutione ſpoliatorum

C Decernentes vos Magiſtro debitam ſatiſfactionem exhibere, ſi defēdendo ius veſtrum in offenſam ipſius vel domum Militiæ templi modum forſitan exceſſiſtis. Innoc. 3. Terdonen. Epiſcopo.

D Cap. dilecto de ſententia excōmunicationis in 6.

D Licuit vtique ipſi Decano, &c. potuit ſe etiam ſpiritualiter gladio .ſ. vtendo eccleſiaſtico defenſare &c. per totum cap. Dilecto & eſt textus aureus pro hac materia.

E Cap. ſi vero il 1 verſiculo nec ille de ſententia excom.

F Cap. Interfeciſti §. vlt. de homicidio.

G Cap. ſi perſodiens eo: illo titulo.

H Ideſt textum in cap. nihil. de Præſcript. Eruditiſſimus Monachus vbi ſupra.

H Ibi nihil cū ſcandalo nec forali ſtrepitu de Pauperum cauſis diſfinire vult Gregorius.

# INNOCENTIVS III.

## EX CAP. A CRAPVLA DE VITA ET HONESTATE CLERICOR.

### CONCLVSIO IX.

*Clericus ebrioſus præſumitur libidinoſus.*

BAcchantem in crapula, Bacchiq; per orgia mentem
Eccleſiæ cunctis cohibere iubetur Alumnis [A].
Temperet hinc ſibi quiſque ſuum virtutę lyęum
Et ſacræ Thetidis ſe temperet arte lyęo [B].
Nè ſuper offuſis Bromio ſpiſſante tenebris
Euohe Bacche fremant [C]; multum qui ſumat Oſirim,
Fumat in exilium mentis, proprijque pudoris
Vrit adoratas animę in diſcrimina merces [D].
Nouit enim propriam proles Semeleia Matrem;
Nec niſi ſpumoſum Venus eſt ſortita Parentem; [E]
Hinc vbi fœcundas heros Semeleius vmbras
Intulit in mentes, caliceſque ſecuta Minerua eſt [F],
Mænades occurrunt Thyrſis, vlulatquè libido; [G]
Quin etiam æthereis Ariadna ſuperba coronis,
Vt primùm Bromij ſpumantibus æſtuat vndis
Extemplo Idalio ſplendet caput vndique ſerto.
Denique ni tanto terrarum margine diſtent
Cypria Nyſa foret, foret, & Nyſeia Cyprus.

A

Cap. à crapula, & alibi. Ante omnia clericis vitetur ebrietas quæ omniũ vitiorũ fomes ac nutrix eſt in Can. ante omnia fin. 35. diſt.

B C D

Dicto cap. à Crapula, & alibi in Can. pen. 35. diſt. ibi. In principio generis humani ignorabatur ebrietas. Primus Noë vineam plantauit; dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori. Sed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem.

A

A crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant.

B

Vnde vinum ſibi temperet, & ſe vino.

C

Nec ad bibendum quiſpiam incitetur.

D

Cum ebrietas & mentis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuum.

E

Venter mero æſtuãs cito deſpumat in libidines, vbi ebrietas ibi libidò dominatur & furor ait Hieronymus.

F

Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, omnisqui cum his miſcetur non erit ſapiens. Quidquid inebriat, & ſtatum mentis auertit fuge ſimiliter, & vinum.

G

Luxuriam facit vini perceptio nimia, non natura. Legimus etiam quod Patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incendium ſodomitarum aufugerant, & habitabant in ſpelunca; fuit itaque ebrietas origo inceſti, peſſima regenerationis partus deterior, & Can. Vinolentum 35. diſt. Nolite ait Apoſtolus inebriari vino in quo eſt luxuria Epheſ. 5.

E

Diuus Hyeronimus in Can. venter 35. diſtinct.

F

Can. luxurioſa 35. diſt. Can. Epiſcopus. Can. Eccleſiæ Can. Vinolentum verb. quidquid inebriat. Can. ab exordio Can. Sexto ead. illa diſtinct. Prouerb. 20. gen. 19. 18.

G Can. Luxuria 35. diſt. Can. ſexto. verb. At non Abraham, ibi de vino quod defuit. Sed rectè illic deerat materia peccati, vbi erat remiſſio peccatorum Matth. 11. Can. Denique 4. diſt. Can. ne tales de conſecrat. diſt. 5. §. 1. diſt. 44.

# CONCIL. PICTAVIENSE
## EX RVBRICA
## DE PRAEBENDIS
## ET DIGNITATIBVS
### CONCLVSIO X.

*Præbendam non à pretio, vel prædio, ſed à verbo Præbeo denominari; quod ſit Ius ſpirituale percipiendi prouentus in Eccleſia, percipienti tamquàm vni de Collegio competens, ex Canonnia deſcendens; hincque Præbendam non dari niſi ſpiritualem, quanquam alij temporalem ſolam aſſignauerint, aſſerimus.*

Præbenda eſt Datio: ſic prębita Sportula [A]. iuſtum
Prębere auxilium [B]. Annonę præbere iuuamen [C];
Cauſidicus præbebit opem, præbebit amicus
Forte patrocinium [D]. ſic præbendale iuuamen [E].
Eccleſiæ, turbis famulantibus erogat ardor.
Hinc eſt corporeis quod præbendalia Iura
Exuuijs careant [F], ſacriſque innixus in armis.
Spiritus intus agat, ſeſeque Canonnica virtus
Ingerit in ſobolem [G]; propriæquè accedere matri
Efficit [H]; hinc nunquam Præbendæ cedere fas eſt.
Non ego Præbendam quæ nominis arte ſuperbit
Commemorem [I]; non diuino conceſſa Platoni
Præmia [L]; non ſacri quæ Flaminis Ara requirit
Munera [M]; non ſola quæ gaudet nominis vmbra [N];
Præbendam canimus ſtricta ſub voce latentem [O];
Spiritus hanc animat; probo; Nam acceſſoria virtus
Induit obſequio naturam Principis [P]; atqui
Ipſa Canonnia eſt princeps; accedit & olli
Præbenda vt Dominæ [Q]; ergò ſpiritualis adhæret.

A Auth. offeratur C. de lit. Cont.
B Can. Regũ officium 23. q. 5.
C L. vn. C. de annon.
D L. quiſquis C. de Poſthum.
E Cap. dilecto de Præb. Can. Diaconi verſ. Mẽdicat 93. diſt. cap. Cum ſecũdum Apoſtolũ de Præb.
E L. quæ Religioſis de Rei vendic.
G Cap. Relatũ & cap. dilectus de Præb. cap. Propoſuit, & cap. cum ſuper quæſtione de Conceſſ. Præb.
H Clem. fin. de Præb. & Dign.
I Cap. Olim de verborum ſignificationibus.
L Cap. quia nonnullis §. ſane Metropolis cap. ſuper ſpecula de Magiſtris.
M Cap. Significatum de Præb. & Dignitat.
N Cap. Iacobus de Simonia.
O Cap. Relatum, cap. Dilectus de Præbendis, &c.
P L. ſi ex toto l. quod in rerum §. ſi quis poſt, l. huiuſmodi §. legatum de leg. 1.
Q Cap. cum ſuper quæſtione, de conceſſ. præbendæ.

A Cap. quoniam §. Porrò in princ. ibi occaſio præbeatur, vt lit. non cõt. auth. de hær. & falc. in princ. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mo. dix. l. eos C. de appell. l. 1. C. de frum. Vrb. Conſtant. lib. 11. Albertus Roſate in ſuo dictionario verb. Præbere.

L Statuentes vt quia ſuper hoc propter raritatem Magiſtrorum ſe poſſent aliqui forſitan excuſare, ab Eccleſiarũ prẹlatis & Capitulis ad Theologicæ Profeſſionis ſtudiũ aliqui docibiles deſtinentur. quia cum docti fuerint in Dei Eccleſia veluti ſplendor fulgeant firmamenti; ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi Doctorum, qui veluti ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ad iuſtitiam valeant plurimos erudire. Honorius 3. in cap. ſuper ſpecula de Magiſtr. & egregie in omnibus Rubricæ huius Concluſionibus Perilluſtris D. Doctor Felix Monachus, per totam.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM CONCILIVM EX EADEM RVBRICA

## CONCLVSIO XI.

*Canonnia eſt Ius ſpirituale ex Prouiſione alicuius in Canonnicum procedens cuius merito competunt ſtallus in choro, locus in Capitulo, & præbenda; Canonnia duplex non eſt, ſed vnica.*

ROmano de iure nitet, ſacrique parentis
Progenies, [A] incorpoream veſtita figuram [B]
Quam tribuit fraternus amor [C]; producere ſtallum [D]
Eſt potis, hinc votum præbendaquè naſcitur [E]; indè
Ambitioſa ſuos præbenda Canonnica faſtus
Explicat, & ſacris Genitricem [F] amplexibus ambit;
Vna Canonnię eſt virtus, quam ſpiritus ornat,
Non ſi præbendæ iungatur & induat omen
Vel contrà ſi prębendas abſentibus optet
Officijs, ſemper prębendę iungier optat [G];
Hæc etenim cum corporea ſub imagine [H], donum
Spirituale tegat, ſacroſquè in corpore faſtus [X]
Vna Canonnię eſt ſedes, probo; ſpiritus ambit
Corpora, nec longis ſine corpore durat ariſtis [I]
Vnde Canonniam cum ſpiritus ornet amœno
Rite ſatellitio, [L] Prębendæ in corpore regnat [M].

A Cap. Dilecto §. Præterea de Præb.
B Eod. cap. §. Procurator tuus.
C Gulielm. à mõte Lauduno in Clem. fin. de Præb. n. 5. & 6. Card. ibi nu. 4.
D Cap. Relatũ cap. dilectus filius capit. pro illarũ, eo. cap. cum M. cap. eã te. cap. conſtitutus de Reſcrip.
E Cap. in geneſi de electione cap. cum inter de Renunciat.
F Cap. Propoſuit de conceſſione præbendæ.
G Cap. cum ſuper quæſtione de Conc. præb.
H. I. L. M. Doctores in cap. Maioribus de præben. Can ſi quis obiecerit. 1. qu. 3. cap. Dilecto §. Præterea eod tit.

X Procurator tuus propoſuit ex aduerſo quod ad vnicũ ius ſpirituale quod vacabat ibidem inſimul duos Canonicos inſtituere prædicto Legato non licuit nã ſi duo vnicam prębẽdam haberent id eſſet contra Turonẽſe Cõciliũ quod prębendarum inhibet ſectionem.

I Si quis obiecerit non conſecrationes emi ſed res ipſas quæ ex cõſecratione proueniunt, penitus deſipere probatur; Nã cum eccleſia aut Epiſcopus aut tale aliquod ſine rebus corporalibus nihil proficiat ſicuti nec anima ſine corpore corporaliter viuit. Paſchal. Papa.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XII.

*Hinc ſequitur quod collata Canonnia cenſeatur collata præbenda.*

PRo ratione aderit textus ſub Apolline; cępit
Cum ſuper;[A] in titulo conceſſio prębendarum[B]
Cum ſuper expoſita nobis indagine[C]; noſtrum
Debeat arbitrium præbendę haurire Tridentum[D]
Eloquimur; cum te conſtet cepiſſe Tridenti
Eccleſię gremium, ſtallum aſſignaſſe, chorique
Faſtibus inſigniſſe[E]; licet concepta veneno
Tartareo, contra ſacri Laterana Senatus
Imperia hæc tua ſit ſuſceptio facta[F]. probatum
Sed quia non fuerat ſatis[G]. & ratione remota
Ipſe tridentinus ſua crimina nouerat Orbis
Cum te, ſpreuiſſet Laterani iuſſa, recepto[H]
Vt tibi quàm primum obtulerit ſe occaſio præſtet
Prębendale decus decernimus; inquè Tridenti
Eccleſia fructus capias[I], quia nempè carere
Præbenda illicitum eſt, cum ritè canonnicus extès[L].

A
Cap. 2. de Cōc. Præbendæ.

B
Cap. in Geneſi de elect. cap. cũ inter de Renunc. cap. cum M. cap. eam te. cap. cōſtitutus de Reſc.

H
Quia fruſtra legis auxiliũ inuocat, qui cōmittit in legẽ cap. quia fruſtra de vſur. cap. ex eo de Reg. Iu. in 6. vbi ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare. Figuratur in l. Papinianus §. Meminiſſe ff. de Inoff. teſ. Can. ſi Romanorum 19. diſt. Can. quo iure 8. diſt. cap. cum olim de Cenſibus Can. quam præpoſterum 13. q. 2. cap. Præſentium de teſti. l. ſi quis ius Iurandum C. de reb. cred. cap. quod ſemel de Reg. iur. in 6 l. alia cauſa eſt C. de ijs quibus vt indig. Can. ſi quis teſtibus 3. qu. 3. Can. caius in agendo 3. q. 8. cap. ex litteris, de tranſact.

A
Cap. cum ſuper

B
De conceſſione Præbendæ.

C
Cũ ſuper quæſtione.

D
Tridẽtinæ Prębendæ.

E
Cum autẽ conſtet, te in Canonicum Tridentinæ Eccleſiæ fuiſſe ſuſceptum.

F
Licet ſuſceptionem tuam factam contra Lateranenſe Cōcilium pars aduerſa proponat

G
Quia tamen probatum non extitit.

H
Nec ipſi Canonici videbantur tibi hoc opponere poſſe de iure, qui ſe fatentur contra ſtatuta præfati Concilij recepiſſe.

I. L. Sententialiter decernimus vt tibi quã cito ſe facultas obtulerit prębendale beneficium in Tridentina Eccleſia conferatur; cum ex quo receptus es in Canonicum non debeas carere præbenda.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XIII.

*Vtrum verò collata Canonicali præbenda cenſeatur Canonicatus collatus? ambigitur. Me iudice, cenſetur.*

QVod connexa pari virtus virtute feratur
Cauſa patet: [A] pariles referunt connexa figuras
Corpora [B]. ſic pariles connexus ſpiritus actus
Aſtruit; [C] at prębenda Canonnica nexibus ambit
Iure Canonniam, & complexibus impetit arctis [D].
Ergò Canonnię præbenda amplectitur omen [E].
Cernis Alexandrum moderamina iuſta probantem [F]?
Pictauienſe ſolum Innocuo Genitore iubente
Approbat [G]: & noſtrum Paſchalis Papa tuetur
Iudicium; nec corporeo ſine tegmine lumen
Spirituale viget longo per tempora tractu [H].

A
Cap. Relatum de Præben.
B
Ariſtot. de Prædicam. cap. 3.
C
Cap. Tranſlato de Conſtit.
D
Clem. fin. de Præb. Doctores in cap. Maioribus de Præb. cap. cum ſuper quæſt. de Conceſſ. Præb. cap. Propoſuit de Conc. Præb.
E
Cap. Peruenit il 2. de Appell. cap. Propoſuit de Clerico excomm. Min. Can. Si quis obiecerit 1. qu. 3.
F
Alex. 3. in d. cap. Peruenit.
G
Innoc. 3. in d. cap. Propoſuit de Cler. &c.

A
Quod Connexorum eadem eſt natura.
B
Quod idem aſſerit Philoſophus.
D
Eō ſuper quæſtione, &c. Sententialiter decernimus, vt tibi quam citò ſe facultas obtulerit præbẽdale beneficiũ in Tridentina Eccleſia conferatur; ex quo enim receptus es in Canonicum non debes carere præbenda.
F
Alexander 3. ibi eum præbenda ſua ptines, & alteri conferas.
G
Innoc. 3. ibi Præbenda inueſtiuit.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XIV.

*Infertur etiam vt, ſi Canonnicus Præbendatus impetret à Papa beneficium, in literis Impetrationis ſufficeret ſe Canonnicum exprimere, nec requiritur ſe Præbendatum eſſe.*

VErba etenim pleni capiunt moderamina iuris,
Hęc naturali latitant ſub cortice, & iſtis
Omen idem natura dedit, quo expreſſa ſuaptè
Quod capiunt, totum ſignarent lege; [A] ſed vnam
Charta Canonniam ſi proferat, exprimit vltro
Præbendam, quam naturali iure reuinctam
Pontifices voluere, [B] Canonnicus ergo iuuamen
Eccleſiæ retinet quamuis præbenda faceſſat.
Sic voluere Patres oculato teſte Felino,
Hic vbi reſcriptis reſcripta probare viciſſim
Intendit, capite in noſtra: numero terdeno
Cuncta Corollari reſcripta probantur arena
Ter denis tribus in numeris completa Felini [C]. [D].

A Cap. Relatum de Clericis nõ reſidentibus. Can. hæc verba de Pœnit. diſt. 1. l. per alium ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt. §. docere. & l. 1. §. hoc autem ff. quod quiſque iuris l. 2, C. Commun. de legatis Can. ſi quis ſuadente 17. qu. 4. & Can. Pſalmiſta 23. diſt. Can. in Canonibus verſ. Cuſtodes Chartarum 16 q. 1. Can. Inſtituti 9. q. 2. Can. Sanctorum 70. diſtinct. & Can. Clericos 71. diſt. & Can. 1. 21. qu. 1.

B Cap. Relatum, de Præb. & cap. cum ſuper quæſtione de Conceſſ. Præb.

C Cap. Propoſuit de Conc. Præb.

A Cũ igitur verba accipienda ſint cum effectu.

B Iam ſatis ſupra probatum eſt Canonniam Prębẽdamque eſſe coniunctiſſimas.

C Felinus loquitur in cap. In noſtra de Reſcrip. num. 30. Corollar. 33.

D In Cap. Propoſuit probatur quod Canonniæ præbenda nectatur; ibi mandamus quatenus amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eam ipſi cum plenitudine honoris Canonici aſſignetis.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XV.

*Ex eo quod Canonnicus accipit poſſeſſionem Canonicatus per inſtallationem chori non per hoc cenſetur accepiſſe poſſeſſionem aliorum Iurium Canonicalium.*

LImite quæ ſtricto, duriſque coërcita vinclis
Cauſa coërcetur, paruos producere fœtus
Eſt potis; has vires moderaminis exerit; arctos
Alluuio non ditat agros [A]; poſſeſſio ſtalli
Parua parens, pariat cur, maxima iura, Gygantes?
Pręterea quę debueris ſi pignore ſtringas,
Pignoraque ille tibi reddat, non inde remittit
Debueras quę danda [B]; huic Ancharanus adhæret
Iudicio [C], Innocuus iuris Cęliquè Miniſter
Tertius [D], Andreas [E], Compoſtellanus, eidem
Aſſentit Butrius [F], tuus incola clara Panormus [G],
Et qui purpurea ſub maieſtate ſuperbit [H];
Imolaquè [I],& Decius,[L] cũ Ripa, [M] Mãtua; [N] & omnes
Concordant; hinc noſtra ſuis ſententia votis
Inconcuſſa manens ratione adamante vigebit.

A L. in Agris ff. de acq rer. dõ.
B L. 2. ff. de pactis.
C Ancharanus hic in præſenti.
D Innoc. 3. in cap. cũ M. de Conſt.
E Ioannes Andreas.
F Compoſtellanus num. 12. & Antonius de Butrio.
G Panormitanus.
H Cardinalis Zabarella in dict. cap. cum M.
I. Imola.
L Decius. M. Franciſcus Ripa. N Mãtua.

A Cauſa limitata limitatum producit effectum.
B Traditione inſtrumenti continentis obligationem cum nihil aliud poſſit importari, demonſtratur debiti remiſſio ſecus vero in redditione pignoris l. 2. & 3. de pactis. l. clauibus de contrah. emptione not. in cap. 2. de elect. in cap. 2. de Conſanguinitate; Can. vult 16. q. vlt. Can. Abbate, & Can. cum ſit 18 quęſt. 2. cap. Dilecto de Priuileg.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XVI.

*Canonnicus ſupernumerarius ſi conſequatur Præbendam Canonicalem quæ eſt de numero, deſinit eſſe ſupernumerarius; & iure illo Canonicali extincto efficitur de numero.*

CAuſa patet: numerum ſuperans ius, rite creari
Pręcipit Eccleſiæ Trecenſis, ab arte, Senatus;
Naſcitur electo, viuit viuente, peritque
Electo pereunte: [A] ergò cum panditur illi
Ara recens, ſurgit, veteriquè parentat honori [B];
Non etenim durat ſine corpore ſpiritus [C]; vndè
Antiquus morietur honor naſcente recenti
De numero; non huic Zabarellæ conſonat ardor
Iudicio; [D] arridet Butrius [E]; Ripa [F], Imola [G]; & omnes
Aſſenſere Duces. Hęc eſt pars prima Rubricæ.

A Cap. dilecto §. Præterea de Præb. & dignit. B Cap. Dilectus gloſ. 3. eo: tit. C Can. ſi quis obiecerit 1. qu. 3. Si quis obiecerit non Conſecrationes emi ſed res ipſas quæ ex Conſecratione proueniunt penitus deſipere probatur nam cũ Eccleſia, aut Epiſcopus, &c. ſine rebus corporalibus nihil proficiat ſicuti anima ſine corpore corporaliter nõ viuit. D Card. in præſ. E Anton de Butrio. F Franc. Ripa. G Imola. hic finis primæ partis Rubricæ.

A Præterea licet in Eccleſia in qua non eſt certus numerus præbendarum nulla etiã vacante in Canonicum quis poſſit aſſumi, cum intelligatur ad quoddã ius eligi quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur, & cum electo in Canonicũ naſcitur & deſinit cum defuncto, & infra. Quanquam interdum hi ad quos ſpectat electio, aſſenſu communi augmentare valeant numerum præbendarum, quoddam ius ſpirituale de nouo creando.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO XVII.

*Dignitas eſt Præeminentia in Eccleſia cum Iuriſdictione, & Adminiſtratione gradum tenens. Differt à Perſonatu, & Officio nomine, & re ipſa.*

ALtera pars Rubri, Eccleſię amplexatur honores
Nomine quos ornat Canonum ſapientia digno [A].
Eccleſijs honor iſte præeminet omnibus; alti
Iuris amor tria diſtinguit; diſtinxit Honores
A Perſonatu, qui nomine & omine differt [B];
Officiumque arcet; [C] iuris nam dictio Honori
Competit, [D] Officium non rite prę̨eminet [E]; illi
Succedit nullo moderamine Perſonatus. [F].
Hic fauet Andreas [G], Ananias [H], Gemminianus [I],
DE MVLTA in Textu titulo præſente [L]: nec vllum
Fulmen habent Monachus [M], Butrio [N] Ancharanus [O], & omnes
Aduerſi, ſtat non facilis ſententia nobis
Aduerſamquè premit ſtricto ſermone loquentem.

A Tot.tit.de Dignit.

B L.ſi idem C. de Codicill. Can. Cleros 21. diſt. Can.2.12. q.1. Cap. de multa 28. de Præb. Cap.ad hęc eo: Cap. in geneſi de elect. cap.1. de Conſuet. cap. mandatũ verſ ad beneficia eo.

C Cap. quia ſæpe eo.in 6.cap.ſtatutũ verſ. ſancimus de Reſcrip.in 6.cap.1. §. 1. de elect.in 6.cap.vn.de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeruandæ in 6.Clem.Diſpendioſam de Iudic.

D Cap.edoceri de Reſcr.cap.quanto de off.ordin.in 6. Clem.& ſi principalis de Reſcrip.

E Doctores in cap.1. de Conſuet.in 6.

F Abbas & alij in cap.de Multa. de Præb.

G Ioan.Andr. in d.cap. de Multa nu 13.

H Ioan.de Anania in d.cap. de Multa num.21.

I Domin.à S.Gẽminiano in c.ſtatutũ n 2.de Reſcr.

L Doctores hi,& alij in cap.de Multa tit.præſenti,

A Dignitates.

M Contraria ſententia ſtatuitur per Innoc. 4. Canoniſtarum Patrem in d. cap. de multa n.6, vbi Oſtiẽſ. nu.9. Ancharanus nu.19. Monac. in cap. vt circa nu.4. de elec.in 6.

N Butrio in dict. cap.de multa num.23.

O Ancharanus in d.cap.de Multa num. 19. & in Clem. 1. nu. 1. hoc tit.de Præben.& dign.vbi Lauduno nu. 2. citatur etiam Abbas antiq. in cap. dudum il 2.nu. 13. de electione, & præterea maxime ſtringit tex.in cap.cum acceſſiſſent de Conſt.vbi Innoc. 3.Primiceriatum 1. vocat perſonatum; 2. officium ; 3. dignitatem.

# INNOCENTIVS III.
## EX CAP. NISI ESSENT.
## DE PRAEBENDIS
## ET DIGNITATIBVS
### CONCLVSIO XVIII.

*Quamuis tranſactio ſtricta in Beneficialibus non valeat, compoſitio tamen ſuperioris authoritate principaliter celebrata, maximè perſonarum honeſtate conditionata tenet.*

PErſonæ probitas purgat vitiata malignis
Tempora imaginibus [A], præſumptioq; vna, minorē
Tollit, maioris ſi viribus illa ſuperbit.
Prætereà Pacis redimitum tempora ſerto
Arbitrium quid non poſſit? durata metallo
Pectora, ferrataſquè arces emollit oliua [B].
Aetati impubes parcat [C], Pax alma Britannos
Excuſet [D], cur non valeat tranſactio, honeſta
Perſona celebrante [E], & Pacis amore vigente? [F]

A

Can. Lugdunenſis 9. qu. 2. gloſ. noſtra 1.

B

Cap. Niſi verſ. ſed pro bono.

C

Cap. 2. de Deſp. Impuberum.

D

Can. hæc quippe 3. quæſt. 6.

E

Tiraq. de Retr. conu. ad fin. tit. nu. 132. Menoch. conſil. 39. num. 16. cum ſeqq. Cald. Perei. de empt. & vendit. cap. 34. num. 42. Rebuff. in tract. nominat. qu. 21. num. 15. Tiraq. de pæn. temper. cauſ. 51. à principio.

F

Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 25. num. 12.

A

Legimus etenim ſanctum Epiphaniũ Epiſcopum ex Diœceſi S. Ioannis Chryſoſtomi quoſdã Clericos ordinaſſe, quod ſanctus vir omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perpenderet.

B. C.

Vt pote pro bono Pacis talis coniunctio toleretur.

D

Quia vero magna quis ſit Metropolitanus inter Britannos contentio eſt, &c.

E

Nam contractus qui ſolent fieri ab honeſtis perſonis à ſuſpicione alieni præſumuntur abhorrere, & delicta eorum qui alias moribus & vitæ integritate ſumma claruerunt mitius accipienda ſunt; cum virtus perſonæ faciat recedere à Reg. Iuris.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XIX.

*Iudex Ordinarius, vel Delegatus perpetuam & realem penſionem ſuper beneficio imponere non poteſt, licèt ad tempus pro bono pacis ad vitam Titularis poſſit.*

ARbitrio Iudex qui fungitur, arma benignæ
Pacis, in occurſum Peſtis, quam praua Simonis [A]
Fudit auarities, Sceptro ſuffulta Potentis
Induat Imperij [B]; ſi quis ſeſe inſerat ardor
Hoſtilis, Pacis fauor, & Concordia vincant.
At non perpetui remanebit ſarcina fructus
Sed perſonalis; cùm perſonalia tantùm
Iura vibret Laudum, nec ſucceſſoribus vllum
Vtilitas compenſet onus [C]; mutatio namque
Muneris Eccleſiæ ſequitur, priuataquè poſſet
Pontifici vſurpare decus, munuſquè voluntas [D].

A
Can. quiſquis 1. quæſt. 1.

B
Cap. cum pridem 4. gloſ. ibi. de pac. cap. de cœtero 5. de transactionib.

C
L. quo iure §. vlt. l. in perſona §. 1. ff. de pactis cap. qui ſentit de Reg. Iu. in 6. l. ſecundum naturam de Regulis iuris.

D
Suares de Relig. to. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 51. num. 3. verſ. vel quando; & num. 13. verſ. & talis. Lambertinus de iure Patronatus lib. 3. quæſt. 9. art. 9. Laymann oper. Mor. lib. 4. cap. vlt. nu. 58. ante med. verſ. nulla; Rota apud Peniam impreſſ. Lugdun. deciſ. 453. nu. 3. & deciſ. 882. nu. 1. Bonac. de Simon §. 15. nu. 2. verſ. Niſi. Filiucci. cap. 11. nu. 26. verſ. nec 3. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cler. Debit. §. 6. num. 7. & ſeq.

A
Simon primus Simoniacæ peſtis hæreſiarca vt in Can. quiſquis 1. q. 1. & per totam.

B
Cap. cum pridem, &c.
Cap. de cœtero noueris quod cũ alius ad extraordinarium Iudicē litteris impetratis, cum aduerſario ſuo cōponit, poſtmodum in Eccleſia de qua agitur Ius aliquod habiturus, ſi compoſitio non eſt iuri contraria, non eſt à loci Epiſcopo reprobanda. Sed cenſus abſque epiſcopali auctoritate cui præeſt Eccleſiæ ſolutus, ſub hoc prætextu, vitam eius qui ſoluerit non excedit.

C
Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum, & è contra.



Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XX.

*In Beneficialibus ſententia ſuperioris non prodeſt ei, qui ſe ſcit non habere ius in Beneficio, vt tutus ſit in conſcientia, benè tamen ignoranti.*

CVr valeat? fidei ſpoliatum lumine munus
Crimen habet, quidquid contrà rationis amorem
Parturit ambitio, ſtrages ad vtramque [A] gehennam
Aedificat [B]; vacuata fide pręſcriptio nulla eſt [C].
Fæmina cui vinclis ſe ſanguinis eſſe marito
Deuinctam patuit, fugiat connubia [D]; teſtes
Crimine confectos rationis vermis [E] adurget [F].
Contrà ignoranti ſi acquiritur: vndè tueri
Arbitrium poterit fidei tutamine; [G] planè
Sic Ancharanus [1], Butrius [2], tua fama Panormus [3].
Andreas [4], & Purpureus Pater [5], Imola [6] cenſent.

A Iob.cap. 41.lib. Reg.4. cap.23.
B Can. omnes §. ex his 28. q. 1.
C Cap. fin. de Præſcriptio.
D Cap. Litteras de Reſtit. Spol.
E Et vermis eorum non morietur in æternum.
F Cap. per tuas de Simon.
G L. Res Iudicata de Regulis iuris cap. Paſtoralis de Reſcriptis cap. cum inter de Sentent. & re Iudicata.

A Gehenna alia niuis, alia ignis.
B Et ait Apoſtolus quod non eſt ex fide peccatum eſt; & quod fit contra Conſcientiam, ædificat ad gehennam.
1. Petrus de Ancharano.
2. Antonius de Butrio.
3. Panormitanus.
4. Ioannes Andreas hic in noſtro cap.
5. Cardinalis Zabarella.
6. Imola.

IDEM

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XXI.

*Iudex Ordinarius, vel Delegatus poteſt eſſe nondum Arbitrator, verum etiam arbiter in eadem re, & cauſa, & inter eaſdem perſonas, in quibus eſt Iudex Ordinarius, vel Delegatus.*

AMbitio prędulce malum, quo turpius vllum
Inueniſſe nequit monſtrum ferale Tonantis
Inferni ſolium, noſtris contraria votis
Huc ades, & legis prohibentes Iuliæ habenas
Diſtringe [A]; arbitrij cum iura ſuprema negati
Iueris inficias, totoque excuſſeris Orbe
Ciuili, non Romani te iura Parentis
Sacra colent [B], non thura ſacro fumoſa Sabæo
Ambitioſiſque extorquebis honoribus aras.
Si quis adeſt iudex, aderit ſimul arbiter: Abbas
Hoc Mesburgenſis Magdeburgenſibus addit
Obſequium Arbitrijs [C]; Colonia Præpoſiturę
Edidit arbitrium Cuneberti [D]; Altiſſiodori
Pręlatus, Burgenſe decus, Romana Niuerni
Prælati Arbitria haurire, & ſeruare tenentur [E].
Arbitrij Legata regit quoque munera virtus [F].
Gloſa triplex [G]. Canones [H], textus [I], ſententia [L], & Abbas [M].

A
L. ſed & ſi in ſeruum 9. §. 2. ff. de recept. arbitris. Can. Infames §. ſi quis verò Iudex 3. quæſt. 7.

B. C.
Cap. cum tempore de arbitr.

D
Cap. ex parte de arbitr.

E
Cap. litteras 14 de Præſumpt.

F
Cap. innotuis cap. à nobis Capit. cum olim de Arbitr.

G
Gloſ. in d. cap. litteras verb. Arbitroſ. gloſ. in d. §. ſi quis verò Iudex. gloſ. in d. cap. cum tempore verb. Magdeburgenſis.

H
Can. à Iudicibus §. quod de Arbitris. 2. qu. 6.

I Textus ſupracitati.

L Cardin. in præſenti notab. 3.

M Abbas in præſenti.

A
Si quis vero Iudex ſit, arbitriũ recipere eius rei de qua Iudex eſt, inuè ſe compromitti iubere prohibetur l. Iulia, & ſi ſententia m dixerit none ſt danda pænæ perſecutio.

B. C.
Quia legitimè conſtitit quod fide hinc inde data compromiſſum eſt in Archiepiſcopũ memoratum nos arbitrium ab ipſo prolatum decernimus obſeruandum.

D
Honor. 3. Colonien. Archiepiſcop. ſuper Prępoſitura S. Cuneberti.

E
Innoc. 3. Niuerni Epiſcopo ſuper cauſa verſante inter Altiſſiodoren. Epiſcopum, & Burgenſes.

E
Gregorius Nonus.



Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XXII.

*Prior in ſpecie noſtri textus eſto Renunciatione, Depoſitione, Translatione, aut quouis alio, citrà mortem, modo Prioratu priuetur, oneratus remanet perſonali obligatione ad præſtandam Penſionem.*

SI quemquam ordinibus ſacris Pręlatus inungat
Qui titulo careat [A]; Latij de iure parentis
Ordinibus, titulo Prælatus conſulat [B]; vndè
Si nequeat [C], proprios hæredes obliget [D]; atqui
Fundum non ſequitur perſonę ſarcina [E]; vt omnes
Edocuere Patres, ergò ciuile Prioris
Funus, in alterius non iactat pondera dextram;
Pręterea quę naturæ dat funera curſus
Fictio Ciuilis non ęquat; nupta, marito,
Ante diem, & ſola ciuili morte perempto
Seia voluntatis nequidquam iura coërcet [F].
Felici non reſtituit, cui iuſta miniſtrant
Cęſareę Leges, mater [G], nec filius hęres
Ante diem, ſoboli, ciuilia funera paſſus
Reſtituet [H], Promiſſa Rei natura probabit [I].
Natorum, ſi fata Patris pręuenerit ortus,
Legatum aſſequitur genitor, quid deinde ſi adoptet
Quos nec habet natos, nec ſpes viget vlla? iuuare
Vlpius hunc Patris cognomina vana negauit [L].

A. B.
Cap. Epiſcopus ſi aliquem de Præb. & dign. & cap. non liceat eo: illo tit.
C. D.
Doctores in cap. eum ſecundum Apoſtolum eo:
E
L. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebell.
F
L. Sed ſi mors § cum igitur de don. int. vir. & vxor.
G
L. Statius florus §. Cornelio Felici ff. de iur. fiſci.
H
L. cum Pater §. Hæreditatē 4. ff. de legat. 2.
I
L. ex ea parte §. in inſulam ff. de verb. obligationibus.
L
L. ſi ita quis §. is cui fin. ff. de leg. 2. l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtration.

A
Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo de quo neceſſaria vitæ percipiat in Diaconum vel presbyterū ordinauerit.
B
Tandiu ei neceſſaria ſubminiſtret, &c.
C. D.
Doctores hoc confirmant, & in cap. non liceat hoc tit. ibi Non liceat vlli Epiſcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præſtare, ſed duorum alterum eligat: vel non faciat Clericos, vel ſi fecerit det illis vnde viuere poſſint.
E. F. G. H. I. L.
In his omnibus textibus conuincitur, quod mors Ciuilis non adæquatur perfectè morti naturali.

ALE-

# ALEXANDER III.
## EX CAP. PER TVAS
## DE VOTO
## ET VOTI REDEMPTIONE
### CONCLVSIO XXIII.

*Qui vouit Religionem ingredi, cuicunque Dignitati poſtmodùm ſibi collatæ renunciare debet, & votum complere.*

INtempeſtiuus fibris allabitur æſtus
Auguror, augurium bibat Orbis vterquè; VOVETIS?
REDDITE VOTA DEO. [A]. nec quæ præferuidus hauſit
Vota æſtus, Scythicis dudum compreſſa pruinis
Frigeſcant, niveaquè rigeſcant compede: LVCAE
Proh quantum Tuba terribilis prænuncia fati
Intonat horrendum, & veris ſonat acta loquelis:
NEMO NANVM MITTENS AD ARATRVM, RESPICIENSQ;
PETRO, DEI REGNO EST APTVS. [B]. cognoſcis Aratrum
Eſſe laboris onus: dextram cum mittis aratro
Vota voues: retro cum reſpicis, illa retractas:
Cætera linquo tibi: Populo dat iura Trecenſi
Magnus Alexander de nomine tertius [C]; illi
Exodus [D], & Numeri [E], cũ Deuteronõmio adhærẽt [F].

A Dauid in Pſal. 75.

B Lucas Euangel. 2.

D Separabis omne quod aperit vuluam, Domino: & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis. Quidquid habueris maſculini ſexus cõſecrabis Domino. Primogenitum aſini mutabis oue; quod ſi non redemeris interficies. Exod cap. 13. & habetur etiam cap. 22. & leuitic. cap. 25.

E Habetur Num. cap. 3. & 8. ibi cumque leuitæ fuerint coram Domino ponent filij Iſrael manus ſuas ſuper eos, & offeret Aaron leuitas.

F Deuteron. cap. 15. de Primogenitis quæ naſcuntur in armentis ex ouibus tuis quidquid eſt ſexus maſculini ſanctificabis Domino Deo tuo.

A Dauid Prophæt. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius affertis munera Terribili & ei qui aufert Spiritum Principũ, Terribili apud Reges Terræ.

B Nemo mittens manum ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei.

C Alexander 3. in cap. Magnę deuotionis eo: Epiſcopo Trecẽſi

D Decimas & primitias non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

E Ego tuli leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito.

F Non operaberis in primogenito Bouis & non tondebis primogenita ouium.

CON-

# CONC. MEDIOLANENSE
## EX CAPITVLO PRIMO
## DE
# IVRE PATRONATVS
## CONCLVSIO XXIV.

*Ius Patronatus eſt indiuiduum pluribus Patronis, vel vnius hæredibus in ſolidum competens, quamuis eius effectus, ſcilicet Præſentatio diuidua ſit.*

Eccleſiam hæredes inter ſecuiſſe Patroni
Indignum nobis viſum eſt [A]; incommoda nempè
Mundanis aſſueta bonis turbare ſceleſtum eſt
Eccleſias [B]; nullas Regum diſcordia vires,
Inuida queis ſequitur Sacris diuiſio rebus
Concedit, Regi Britonum teſte Ioanne [C].
Prętereà in ſolidum ius patronatus vtriquè
Competit [D]; in noſtrum Iulianus ſplendida vibrat
Tela Patrocinium [E]; at Iuſpatronatus in omnes
Liberti Dominos ſolido non tranſit in ęre,
Parte caret noſtrum [F], ſed prę ſentatio iuris
Diuidua eſt, vnum faciunt pleniſſima votum
Vota, [G] pares vires. Sic iura Rotalia ſeruat
Taurinenſe ſolum, dum luſtrat Aquarius axem
Pamphilio teſtante, dies dum voluitur aſtris
Vndecimus, tercentenis dum tempora luſtris
Effluerent, nouieſquè decem, quinoſque Decembres
Cynthius impleſſet [H]; ſic Lambertinus eidem
Iudicio aſſentit [I], ſic Mantica [L], ſicquè Felinus [M].

A Cap. Relatum. hic.

B Can. lege. 10. diſt.

C Ioannes Papa in Cã. hęc quippe 3. q. 6.

D Viuianus in prax Iuriſpatronatus par. 1. lib. 4. C. 2. n. 29. gloſ. hic in verb. non debeat; communiter recepta ex Panormitano nu. 7. gloſ. 1. poſt principiũ in Clem. ſi plures hoc titulo. Vincentius de Franch. dec. 85. Peregr. conſ. 34 nu. 2. vol. 1.

E L. ſi libertus 23. ff. de Bonis quæ liberis.

F Roman. Singul. 559. Roch. de Curte verb. ius qu 6. num. 11. Azeuedo leg. 9. tit. 6. lib. 1. noua Recopilat.

A Nobis viſum eſt quod Eccleſia inter hæredes Patroni diuidi non debeat.

G Abbas in cap. ſcriptum nu. 6. de elect. & in cap. Paſtoralis in fin. princ. de Reſcriptis. Caccialupus in l. omnes Populi nu. 141. Cum ſequentibus de Iuſt. & Iure.

H Deciſ. Rotalis in vna Taurinen. Iuriſpatronatus 11. Ianuarij anni 1595. coram Illuſtriſſimo Pãphilio.

I Lambert. lib. 2. p. 2. qu. 2. art. 8. n. 8. verſ. limitat.

L Mantica deciſ. 268. per totam.

M. Felin. in cap. Paſtoralis nu. 9. verſ. vbi duo corpora de Reſcript.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XXV.

*Ius Patronatus in Restitutione tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem, non remanet penès grauatum.*

PVppis inacceſſas vbi primum experta procellas
Non rupto temone ruat, nec carbaſa ventis
Dilanianda volent, licet vnda cacuminet vndas
Altior, illudat; licet alto turbine fluctus
Rimetur ſtygios, exultet: amata rigentes
Littora præpediant ſcopuli, ſuperetquè, voretquè;
Huic tutus pandet cariſſima brachia portus.
Sic mea ſi obiectas puppis conſtructa procellas
Exſuperet, ſummi votorum compos abibo.
Legalem Oceanum turbat Barboſa [A]; Molina [B]
Aeolio doctos molitur carcere ventos
Trudere, & in noſtram diffundere damna carinam.
En freta ventoſo ſub numine cuncta tumeſcunt
Hinc Aquilo Decius [C]. Notus illinc Coſta [D], ſuperbus
Africus hac Perez [E]; Corus dehinc Mantica [F], ſurgunt
Hinc Couaruuias [G] Euronotus; indè Ceneda [H]
Subſolanus adeſt, noſtræquè pericla carinæ
Armat ſęua cohors; ſcopulo ſed fortior, inſtat
Puppis in aduerſos; nec dant iurata ſepulchrum
Iura ſepulchrorum [I]; nam nil eſt vtile in illis
Totaquè honor, decoriſque bonum ſubſtantia; iuris
At Patronatus tranſit ſimul vtile, honorquè;
Sic iam diſcuſſo ventorum turbine, Portum
Ingredimur, Lateranoque anchora iacta Senatu eſt [L]

A Barboſ. Collec. iur. Canon. lib. 3. in cap. 1. de iure Patronatus ibi refert alios.

B Molina de Primogenit. lib. 1. cap. 24. à n. 5. alter Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 188. ad finem.

C Decius in l. Precibus nu. 22. C. de Impuber.

D Coſta in cap. ſi Pater. 2. p. verb. Trebellianicæ num. 4.

E Perez l. 1. col. 10 verſ. eſt & alia quæſtio tit. 6. lib. 1. ordin. pag. 139.

F Mantica de tacitis & ambiguis conuētionibus lib. 4. tit. 12. n. 6. & n. 15.

G Couarruuias in cap. Raynutius de teſtamentis. §. 9. num. 8.

H Cened. ad Decretales Collect. 5. nu. 4.

I L. quia perinde eſt, atque ſi mihi reſtituta eſſet hæreditas. Reſtituta hæreditate iura ſepulchrorū apud hæredem remanēt. ff. ad Senat. C. Trebel. & l. ſi quis fuerit hæres cui deinde hæreditas ablata ſit quaſi indigno, magis eſt vt penes eum iura ſepulchrorum remaneant. ff. de Religioſ. & ſumptib. fun.

L Concilium Lateranenſe in cap. ex litteris & cap. cum ſæculum de iure Patronatus.



Digitized by Google

# IDEM EX EODEM

## CONCLVSIO XXVI.

*Ius patronatus tranſit ad hæredes Patroni quamuis extraneos.*

SIc probo: Defunċto quiſquis ſucceſſerit hęres
Semprono, Librę totius commoda iuris
Excipit imperio [A]; at iuſpatronatus in Aſſis
Iura migrat, Libramquè ſubit [1]: ſuccedet in illo
Ergò hæres, licèt externa de gente vocatus. [2]
Sic Bonacoſſus habet [B]; Caldaſque Pereira [C]; probātq;
Riccius [D], & toti qui Collećtanea iuri
Littora pręſcripſit, Mundi Decus Vgentini [E].
Gloſſa duplex [F]; gloſſas Baldus [G]; Zabarella ſequūtur [H].

A

L. hæreditas ff. de Reg. iuris.

1.

§. Hæreditas Inſt. de hæred. Inſtitu. l. Caius ſeruus l. Diui fratres l. ſi iurauero l. ſicut teſtamento, & l. ſiue libertus ff. de iure Patron.

2.

Extraneus, vt princ. Inſt. de hæredibus Inſtit. & l. non minus ff. de hæredibus Inſtituendis.

B

Bonacoſ. tom. 1. commun. op. lib. 1. tit. 5, num. 36. pag. 170.

C Franc. Caldas Pereira de empt. cap. 12. num. 16.

D Aloyſius Ricc. in Collect. deciſ. p. 4. Collect. 1025.

E Auguſt. Barboſa Epiſcopus Vgentinus in noſtro cap. num. 9.

F Gloſ. in Can. conſiderandum verb. hęredes, & gloſ. in Can. filijs verb. Propinquis, 16. q. 7.

G Bald. in l. 2. C. de in ius vocando.

H Cardin. Zabarella conſil. 132.

A

Hæreditas, ſiue Hæredis Inſtitutio eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti quod defunctus habuit tēpore mortis ſuæ.

1.

Libra dicitur hæreditas, cum enim libra ex duodecim vncijs conſtet, hæreditaſque in tot vncias diuidatur, bene ei libræ nomen conuenire aſſerendum eſt. Ius autem Patronatus tranſit cum hæreditate; Vt ſi libertus duobus teſtamento relinquatur. Vt ſi iurauero me eſſe hæredem non per hoc ſum Patronus, quia iuramentum non me facit Patronum ſed ipſa hæreditas quæ importat ius Patronatus; & tantum hoc verum eſſe aſſeritur, vt poſſim omni qua voluero methodo ius Patronatus ex hæreditate vendicare.

2.

Extraneus etiam poteſt in hæredem inſtitui.

CON-

Digitized by Google

# CONCIL. TRIBVRIENSE
## EX CAPITVLO DE FRANCIA
## DE SPONSALIBVS
# ET MATRIMONIO
### CONCLVSIO XXVII.

***Matrimonium contrà conſuetudinem Patriæ celebratum tenet.***

QVa propè ſe lentis Arar impellentibus vndis
In mare præcipitat vario diſcrimine aquarum [A]
Nobilitate potens Caius,[B] de Saxone gente
Saxonica vxorem ſibi ſumpſit lege [C]; mariti
Sed quia Francigenę diuerſę legis origo eſt,
Diuerſiſquè colunt ſibi Saxones artibus Aequum [D],
Futilis eliciens rationis pondera Caius,
Quod non Francorum moderamine vota ſubiſſet [E]
Coniugij, primam de Saxone gente petitam
Ducta alia, Sacrę contrà moderamina legis,
Inque maritalis fatalia damna Pudoris,
Pollicitamque fidem, dimiſit [F]: Triburienſe
Concilium, cui de Cælo tranſmiſſa poteſtas,
Decreuit [G]: tranſgreſſorem, cui nulla verendę
Maieſtas Fidei, cui nulla potentia amoris
Caſta maritalis violentos impedit aſtus,
Pœniteat prius [H]; hinc iuſto iungatur Amori
Dimiſſo iniuſto, primæuaquè vota, ſecundis
Depoſitis, ſubeat: ſubeat, niſi ſpontè, coactus [I].
Fauit Hieronymus [L], Caſtiquè iniuria lecti
Tertium Alexandrum Diuinis inſtruit armis [M].

A. B. Cap. de Francia. De ſponſalib.

C. D. Saxonum lex hic pro Conſuetudine accipitur.

E Legem diuerſam credidit eſſe deſtructiuā contractus matrimonij; vtpote ſolemnitatē; arg. Can. aliter 30.q.5.ſed contra in Can.ſufficiat 27.q.2.

F Quam dimittere propria auctoritate non poterat. Can. ſæculares 33.q.2.Can. Multorum 35. qu.6. cap. Porrò de Diuortijs.

G. H. I. Euangelicæ legis; qua dicitur nullus dimittat vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis. Matth.19.

L Diuus Hieron.in Can.Dixit Dominus 32.q.1.

M Alex.3.in cap, ex parte de Sponſalib.&c.

A De Francia.

B Quidam.

C Nobilem mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in vxorem.

D Verum quia non iiſdē vtuntur legibus Saxones & Francigenæ.

E Cauſatus eſt quod eam non ſua, ideſt non Francorum lege deſponſauerat.

F Dimiſſaque illa aliam ſuperduxit.

G Deffiniuit ſuper hoc Sancta Synodus.

H Vt ille tranſgreſſor Euangelicæ legis ſubijciatur pœnitentię.

I Et à ſecunda coniuge ſeparetur; & ad Priorem redire cogatur.



Digitized by Google

# ALEXANDER III.
## EX CAP. DE ILLIS
## EODEM TITVLO
### CONCLVSIO XXVIII.

*Sponſus de futuro ſi ante copulam ad longinquas, & remotas Regiones ſe transferat, ſponſa liberè poterit cum alio contrahere.*

SVnt qui Coniugij tricoſa per arua, rubetis
Hinc illinc ſpinoſa ſuis trepidantquè, timentquę
Inſuetos mouiſſe pedes, magnumquè per æquor
Remige Fortuna connubia quęrere credunt:
(Nec mirum gemmas trucibus fouet æquor in vndis)
Hinc quia nimboſo ſe turbine dira flagellant
Aequora, & horrificis effecta loquacia bombis
Bella parant, teneros exponere Cypria Pinus
Non audet faſtus; longinquaquè littora quęrens
Non ſeruaturo negat vltima brachia Ponto;
Sic iuramento quiſquis ſe forte maritum,
Fœmineoquè mari mas credidit, illicò ab alto
Vela vocat, gratoquè negat ſe credere Ponto [A];
Externęquè petit ſiccas Regionis arenas.
Hęc tibi nota micent [B]: quod in Idę robora Pontus
Fœmineus, fluctus, & amicę munera vocis
Vertat, adoratæ iuncturus fœdera pacis [C].
Sic Zabarella tenet [D]. Bonacina [E], & Sancius [F], hiſque
Doctus Alexander Neuo [G], & Reginaldus adhęret [H].

A. B. C.

Cap. de illis &c. l. quod niſi fiat ſ. ex Prouincia ff. de oper. libert. Can. ſi quis 34. q. 2. l. 2. Cod. de repu.

D

Cardin. Zabare: in d. cap. noſtro verſ. quæro.

E

Bonac. de Matr. q. 1. punct. 6. num. 8.

F

Sãches diſp. ut 54. nu. 6. Gutt. de Matrim. cap. 30. num. 3. Couarru. de Spõſ. par. 1. cap. 245. num. 4.

G

Alexander de Neuo num. 15.

H

Reginaldus in praxi fori pœnitentiæ lib. 31. num. 261. verſ. octauo.

A

De illis autem qui præſtito iuramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos; & poſtea eis incognitis.

B

Dimittunt terram ſe ad partes alias tranſferentes. Hoc tibi volumus innoteſcere.

C

Quod liberum erit mulieribus ipſis (ſi non eſt amplius in facto proceſſum) ad alia ſe vota transferre; recepta tamen de periurio pænitentia, ſi per eas ſteterit quominus fuerit Matrimonium conſummatum, &c.

IDEM

# IDEM
## EX CAPITVLO EX PARTE EODEM TITVLO
### CONCLVSIO XXIX.

*Si Coniuges nullis aliȷs verbis præcedentibus ſibi ad inuicem promittant, ſe ab eo tempore pro Coniugibus tractare, & vt Coniugibus debitam fidem ſeruare, contractum eſt matrimonium.*

EX parte Angelicę noſtris fuit auribus hauſtum [A]
Andream iuramenti ſibi vincula collo
Impoſuiſſe ſacri [B], quod ab illo tempore iunctus
Angelicę vxori fidei tutamina, & ipſi
Angelica Andreę ſeruarent [C]; effugit ille
Coniugis obtutus, nuptamque reliquit eandem [D].
Ergò quia vxorem dimittere nulla poteſtas
Eſt homini, (maculas niſi iactet iniqua libido) [E]
Præcipimus, ſuperinductam dimittat iniquus
Tranſgreſſor, primi relegat veſtigia lecti,
Vxoremquè ſuam repetat [F]: parere recuſat
Si monitus, noſtro cogatur fulmine, primam
Incoluiſſe domum, primamquè fouere columbam [G].

A Ex parte C. mulieris nobis intimatum eſt.

B Quod Andreas iuramentum præſtitit.

C Quod eam ab eo tempore pro Coniuge teneret, & ei ſicut vxori ſuę fidem ſeruaret; ipſa quoque eidem Andreæ iurauit ſe illum pro marito habituram, & fidem eidem tamquã viro proprio ſeruaturam.

D Quo facto prænominatus Andreas reliquit eandem.

E Cap. ex parte de ſponſalib. & matrim. Canõ. Dixit Dominus 32. qu. 1. Matth. 19.

E Quia igitur nemini licet vxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere.

F Mãdamus quatenus eundem vt ſuperinducta dimiſſa ad vxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione pertractet.

F. G. Monitione præmiſſa per eccleſiaſticam cenſuram cogatis.

# IDEM
## EX CAPITVLO COMMISSVM EODEM TITVLO
### CONCLVSIO XXX.

*Iurans cum aliqua matrimonium contrahere ſi deinde velit ingredi Religionem, poteſt non contracto matrimonio ingreſſum celebrare.*

TVtius eſt celebrare datæ connubia dextræ,
Iuratamquè fidem, [A] ſed qui in priuata ligantur
Commoda, & humanis iurant ſe ſiſtere ritè
Iudicijs, fidei maiorum iuſſa reſeruant,
Regis & Imperium [B]; nec quod ſeruilibus abdit
Natura obſequijs, vllis remouetur ab axe
Obijcibus; ſpinoſa, roſas non arcet amatas
Ambitio. Eccleſię viden vt ſpatiatur in agris
Florida, [C], fructiferis, [D], animata in meſſibus, [E], ętas ?
Excipe, floriferis diademata finge corollis:
Pulcher ager flores, campus meſſem edet apricam,
Gemmabuntquè nouæ pretioſo munere villæ.
Optima Relligio, florumque ager optimus; vndè
Optima Virginitas: en Virginitatis honores
Angelicus Doctor [F], Silueſter [G], Sotus adorant [H];
Menochius [I], Nauarrus amãt [L]; Ledeſma [M], Suarez [N],
Et Lancellottus, tanti fecere [O], vt amantes
Relligionis opes per Iura Latina celebrent.

A Cap. Commiſſum §. fraternitati.
B L. qui iurato ff. qui ſatiſd. cog.
C. D. E. Diuus Ambroſius lib. de viduis prope finẽ.
F D. Thomas in 4. diſt. 27. qu. 1. art. 3.
G Silueſt. in ſum. verb. Matrimonium 7. qu. 5.
H Sotus diſt. 27. q. 2. ar. 5. dub. 1.
I. Menoch. de Arbitr. caſu 455. n. 10.
L Nauarrus in manu: cap. 22. num. 26.
M Ledeſma de matrim. qu. 43. art. 3. dub. 1. diſferent. 2.
N Suar. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 13. nu. 2. cum ſeqq.
O Lancellottus Inſtit. Iur. Can. lib. 1. de Sponſal. cap. 15. vel 6. Conſultius, &c.

A Fraternitati tuę taliter reſpondemus, quod tutius eſt ei (religione iuramenti ſeruata) prius cõtrahere, & poſtea ſi elegerit ad Religionem migrare.

B Qui iurato promiſit iudicio ſiſti, poterit ſe ſuperioris auctoritate tueri.

C. D. E.

Agrum hunc Eccleſiæ fertilẽ cerno; nunc integritatis florè vernantem; nũc viduitatis grauitate pollentẽ, nunc coniugij etiam fructibus redundantem; nã & ſi diuerſi, vnius tamen agri fructus sũt: nec tanta hortorum lilia, quantæ ariſtæ ſegetum, meſſium ſpicæ; compluriumque ſpatia Camporum recipiendis aptantur ſeminibus, quam redditis nouales fructibus feriantur.

GRE-

# GREGORIVS NONVS EX CAPITVLO FIN. DE DONAT. INTER VIRVM ET VXOREM.

## CONCLVSIO XXXI.

*Donatio, quæ fit à Coniuge alteri Coniugi, ſi ea alter ex illis locupletior fiat, non valet, niſi in morte confirmetur.*

COniugium cęleſte bonum, quo nobile germen[A]
Humani generis protenditur, impia damnat
Dona: lucrum venalem animam, non reddit amantē;
Diuitijs nutritur amor, ſed flagrat in ipſis
Turpis auaritia & connubia caſta reſoluit[B].
Multo igitur mage ſi dono locupletior illo
Coniugis efficiar[C]; niſi fortè obeunte, vigorem
Accipiat donante: probo. Donatio nulla
Coniugio conſtantę valet; Donatio facta
Coniugij in votis non confirmata obeuntis
Imperio, thalamo conſtante effecta probatur.
Ergò nihil valeat; votum teſtare Gregori
None meum[D], Barboſa quoque[E], & ſociata vetuſtas[F].

A Geneſ. cap. 1.

B L. 1. l. 2. l. 3. ff. de don. inter virũ, & vxorem.

C L. 3. l. ſi ſeruum vxori §. vlt. l. quia l. ſi inter. l. quod ſi vir. l. ſi ſponſus §. finali ff. de donationibus inter vir. & vx.

D Habetur planè in noſtro cap. fin. tit. eod.

E Barboſa in Collect. noſtro cap. num. 2.

F Molina de Iuſtit. tract. 2. diſp. 289. nu. 2. Ceneda ad Decretal. Collect. 82. num. 1.

A Creſcite & multiplicamini ſuper Terram & replete eam.

B Ne mutuo amore inuicem ſpoliētur; amorē etenim honeſtum ſolis animis aſſignamus.

C. D. Donatio quæ conſtante matrimonio inter Coniuges dicitur eſſe facta, ex qua alter locupletior, & pauperior alter efficitur: firmitatem non habet, niſi Donatoris obitu confirmetur; quæ tamen penitus euaneſcit ſi reuocetur ab eo tacite vel expreſsè, vel qui donatum accepit, prius debitum natura perſoluat.



Digitized by Google

# IDEM EX EODEM CAPITVLO.

## CONCLVSIO XXXII.

*Donatio propter nuptias ſoluto Matrimonio redit ad virum.*

EXpreſſi textus, & iura expreſſa fatentur [A].
Prętereà ratione valet. Si munera dotis
Fœmineis iterum redduntur partibus, vt quid
Impar fœmineis vir iuribus extet? [B] amica
Sic gaudent paritate pares; æqualia iactant
Iura, pares textus, legumque ęquale iuuamen [C].
Prætereà dos Coniugij quæ pondera tollit
Coniugio pereunte perit; [D] Donatio propter
Coniugium cur non pereat, repetatquè maritum?
Hoc niſi lucrandę dotis ſint pacta: nec vlla
Doni lucrandi conuentio facta [E]; vetuſtum [F],
Digeſtumquè Nouum [G], cum Codice Iuſtiniano [H]
Hęc loquitur, quibus aſſentit quoquè tertius Vrbis
Innocuus Rector [I], quique iſti textui origo eſt [L]

A L. 1. l. vltima C. de donationibus ante nuptias.

B. C. Cap. nuper hoc tit. C. de pactis Conu. auth. æqualitas & §. hæc igitur & §. de cœtero auth. de æqual. Dot. Coll. 8.

D L. 2. l. Marito l. ſi cum dotem l. ſi conſtante, & cum multis cõcordantibus ff. ſoluto Matr.

E C. de pactis Conuentis Auth. æqualitas.

F L. 1. & l. ſi conuenerit ff. de pact. dotal.

G L. 1. ff. pro Dote.

H L. ex morte C. de pactis conuentis. auth. de æqual. Dotis §. hoc igitur Coll. 8. l. vnic. § illo procul dubio C. de Rei vx. act. & l. legeleonis C. de Pactis Conuentis.

I In cap. Nuper hoc noſtro titulo.

L In noſtro capit. fin. de don. in: vir. & vx.

A Cap. Nuper eo: tit. de Don. &c.

B Sanè ſoluto matrimouio ſicut dos ad mulierem, ſic & donatio propter nuptias redit ad virum.

C Dos enim datur à muliere viro, ad ſubſtinenda onera matrimonij, donatioque propter nuptias datur à viro mulieri, vt habetur hic in gloſ. verb. ſicut dos.

D Dos ſoluto matrimonio redit ad virum.

E Niſi lucrandæ dotis pacta intercesſerint.

F Digeſtum vetus. ibi Paciſci poſt nuptias ſi nihil ante conuenerit, licet.

G Digeſtum nouum.

H Codex à Iuſtiniano Dictus.

I Innocentius PP. Tertius.

L Ideſt Gregorius Nonus.



Digitized by Google

# VRBANVS TERTIVS EX CAPITVLO SVPER ILLA DE SECVNDIS NVPT.

## CONCLVSIO XXXIII.

*Mulier nubens intrà annum luctus non incurrit infamiam.*

INſamis quondam fuerat quę fœmina luctus
Nuberet intrà annum: immemorem iuriſq; thoriq;
Damnabant leges [A]: procul hinc proculeſto profanũ
Libertatis onus, Paulo clamante, mariti
Morte ſoluta manet; cui vult pia fœmina nubat [B].
Cum hic etenim Paulus nullius temporis vſum
Limitet, illiciti ſpatium cur temporis illi
Apponent Canones [C]? Pauliquè iniuria iuſſis
Vibretur [D]? nec ciuilis contraria noſtræ
Dextra Poteſtati: quandoquè imitantur, amanti
Cęſareæ leges Canonum Moderamina niſu [E].

A
L. Conſenſu §. ſi vero C. de repud. l. liberorũ §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 1. C. de ſec. nupt. cap. per venerabilem qui fil. ſint legitimi §. hinc colligitur 2. q. 3. & §. Item in Deuteronomio §. Item in Principum legibus 27. qu. 2. in auth. de reſt. & ea quæ parit. &c.

B
1. ad Corinth. cap. 7. & ad Rom. cap. 7. cap. cum ſecundum Apoſtolum eo: tit.

C
Can. quod ſi dormierit 31. q. 1. Cap. conſuluiſti 2. q. 5. Inſtitutionibus de verb. oblig. §. purè. Can. ſunt nonnulli 11. qu. 1.

D Can. de his 28. diſt. Can. ad eius vero 5. diſt.

E In auth. quom. oportet epiſc. §. vlt. Coll. 1. & in auth. vt Clerici apud prop. ep. §. fin. Coll. 6.

A
Ratio eſt triplex 1. ne turbaretur sãguis, & de prole dubitaretur cui partus illo tempore editus aſcriberetur. 2. Maritalis reuerentia. 3. ne cauſa malignæ ſuſpicionis tradatur ſecundo marito.

B
Diuus Paulus ait mulier mortuo viro ſoluta eſt, & tantum in Domino nubẽdi cui vult liberam habet facultatem.

C
Ergo cum Apoſtolus nullum tempus adijciat, neque nos adijcere debemus.

D
Nubat conceſſa ſibi ab Apoſtolo poteſtate.

E
Cum in his preſertim ſæculares leges non dedignentur ſacros Canones imitari.



Digitized by Google

# DEODATVS PAPA
## EX CAPITVLO
## TANTA
# DE SIMONIA.

### CONCLVSIO XXXIV.

*Simoniacum accuſare poſſunt perſonæ aliàs accuſationibus non aptæ, ſeruus videlicèt, meretrix, & crimino ſi.*

Tanta eſt peſtiferæ labis, quam fœda Simonis
Effudit rabies [A], ſceleriſquè potentia talis;
Vt perſonarum ſpecies non apta ſceleſtos
Accuſare, queat: Dominos accuſet iniquos
Seruus: criminibus ſimul illaqueatus, & Orbis
Fęx meretrix accuſet, opuſquè recludat iniquum [B].
Non etenim iuuet immeritum mundiquè poliquè
Vel Domini titulus, vel perſonalia Iura,
Et veluti in ſtygias Simon migrauit arenas
Altius, & ſæuo Ditis tortore ſceleſtum
Pectus arat Phlegeton, diuinaquè munera penſat
Supplicio infami, [C] ſic & Simonis alumni
Lege vacent omni, Canonum careantquè fauore [D].

A
Cap. cum in eccleſiæ cap. ſicut cap. ea quæ de auaritiæ de Simonia, Can. quiſquis, Can. quos conſtiterit, Can. Reperiuntur, Can. Benedictio, Can. Quicumque, Cā. Presbyter, & Can. gratia 1. qu. 1.

B
Hic in noſtro tex. & in cap. ſi Dominus 3. de Simō. Can. Reperiuntur verſ. quod ſi aliquis 1. q. 1. ibi quod ſi aliquis extiterit qui accuſet.

C
S. Gregorius Nazianzenus in Can. qui ſtudet 1. q. 1.

D Can. Reperiuntur Can. ſi quis Epiſcopus. Can. Sanctorum Patrum. Can. cum liqueat Can. cito turpem 1. qu. 1.

A
Tanta eſt labes huius criminis,

B
Quod etiam ſerui aduerſus Dominos, & quilibet criminoſi admittantur ad accuſationem.

C
Simon enim Magus cū eandem Spiritus Sancti gratiam emere vellet, damnationis ſententiam à Petro audiuit; Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

D
Quin etiam anathematis perpetuo ſupplicio condemnentur.

ALE-

Digitized by Google

# ALEXANDER III.

## EX CAPITVLO EA QVAE DE SIMONIA.

### CONCLVSIO XXXV.

*Nulla poteſt conſuetudine licita euadere Simonia.*

Tvrpe ſcelus ſacrę ſacroſanctum Chriſma Parentis
Vendere, & ad regimen ſcelerati emiſſe Simonis:
Cernis vt INNOCVVM diuina lege SECVNDVM
In terris, Latijs pro Chriſmate conſtruat armis
Perfida progenies [A]? Gregori Septime ſacrum
Fulmen habes, quo perfidiam inflammabis auarã [B];
Necnon INNOCVVS de nomine TERTIVS, vltor
Arma capit [C]: Laterana vibrat quoque tertius arma
Victor Alexander, partemquè Simonis auaro
Attribuit [D]; nec longę conſuetudinis illum
Excuſat ratio; quin plus accuſat hiantem
Vſus auaritiam [E]: Nonus Gregorius adſit
Teſtis in aduerſum [F]: nec quæ teſtata Tabellis
Natura eſt Diuina Sacris contraria Legum
Conſuetudo neget [G]: nos Nazianzenus amico
Auxilio fouet [H], & ſacris ſententia votis
Firma manet, pugnatquè animas ſuperare rebelles.

A Can. ſi quis prębendas vlt. ibi vendere Chriſma ſub prætextu conſuetudinis eſt ſimoniacum 1. q. 3.

B Gregor. Sept. in Can. ſi quis 3. prima qu. 3.

C Innoc. 3. in cap. quantum de Simon.

D Alexander 3. in Concil. Turon. ex cap. Non ſatis de Simon. ibi ſe partem cum Simone nõ dubitet habiturum, & ex Concil. Later. in cap. cum in Eccleſia & cap. ad noſtram eo:

E Gloſ. in noſtro cap. verb. Conſuetudinis.

F Cap. vlt. de conſuetudine. Gregor. Nonus.

G Gloſ. in noſtro cap. eodem, &c.

H Diuus Gregor. Nazian. in Can. qui ſtudet. 1. q. 1.

A Si quis præbendas vel Prioratum, ſeu Decanatum, aut honorem, vel Promotionem aliquam Eccleſiaſticã ſeu quodlibet Sacramẽtum Eccleſiaſticum vt pote Chriſma, vel Oleum Sanctũ; & Conſecrationes altariũ vel Eccleſiarum interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit honore male acquiſito careat; & emptor, atque venditor & interuẽtor nota infamiæ percellantur. Et nec pro paſtu nec ſub obtentu alicuius cõſuetudinis, ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat, quoniam Simoniacum eſt.

# INNOCENTIVS III.

## EX

## CAP. EXCOMMVNICAMVS XV.

### §. Si qui autem de Hæreticis.

### CONCLVSIO XXXVI.

*Non minùs eſt Hæreticus qui erroribus credit hæreticorum, quàm qui hæreſim promulgat, & tuetur.*

O Male fœcundum Lernæo ſemine, Ditiſquè
Inferni ſerpente, caput: ſtygijſquè venenis
Imbutam, pronam in ſtrages, & funera linguam.
Scilicet eſt virtus, & gloria Principis, armis
Chriſticolam lacerare fidem, infernumque Lutherũ
TER MATRIS VVLNVS, manibus fouiſſe, & in vlnis.
Nimirùm pretioſa, Tyrus, Sidonque, venena
Cęſareis, celant inter redimicula, telis.
Abſconditque ſeges gremio pretioſior angues.
Cumquè profana foret Babylon laceranda Tonantis
Fulmine Romani, flammiſquè vagetur inultis
Sacra fides, gemat horrendo ſub pondere Belga,
Britones obdurent animos, Heluetius ignes:
Non minus auxilio, foueatur marte Lutheri,
Caluiniquè lues: non hęc Romana Parentis
Relligio Eccleſiæ, non hęc germana Tonantis
Progenies, placuitquè ſacro detrudere ab Orbe
Ditis Perniciem contagia cęca vomentem.

DIVVS HIERONYMVS.
De perpetua Virgin. contra Heluidium; & ad Damaſum.

MARTINVS LVTERVS TER MATRIS VVLNVS.
Pulcherrimo anagrammate.

DIVVS CHRYSOLOGVS.
Sermon. 21. ad illa verba Marci cap. 4. & facta eſt procella, &c.

DIVVS AVGVSTINVS.
Lib. contra Iulianum cap. vltimo.

DIVVS AMBROSIVS.
In Commentarijs ad cap. 9. Lucæ.

DIVVS CYPRIANVS.
In tractatu de Vnitate Eccleſiæ.

ALEXANDER II. VALERIANO EPISCOPO MARTIRI
In Can. Audiuimus §. fin autẽ 24. qu. 1.

VENERABILIS BEDA.
Super Matthęũ in homil. de feſto APOST. PETRI, ET PAVLI.

D. Hier. in Can. quoniam & Can. odi.
D. Auguſt. Can. omnibus. 24. qu. 1.

D. Ambroſ. in Can. quæ dignior domus 24. qu. 1.
D. Cyprianus in Can. loquitur Dominus 24. qu. 1.

CLE-

# CLEMENS III.
## EX
## CAP. AD AVDIENTIAM
## DE
# HOMICIDIO VOLVNTARIO, ET CASVALI.
### CONCLVSIO XXXVII.

*Homicidium caſuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ.*

Nec dubium eſt; etenim nil neglexiſſe iuuabit
Presbyterum, vt mortis reus illius efficiatur.[A]
Teſtis Alexander de nomine tertius[B]; illi
Aſſentis Nicolae[C]; patet ratione recenti
Aduerſo è ſenſu; nam ſi non negligat ille
Præbere omnimodam curam feciſſe iuuabit.[D]
Sic inter fratres diſponit Triburienſe
Concilium[E],huic Sanches[F],ConincK[G], Vgolinus[H] adhęrent
Arbitrio; Barboſa[I], Boerius[L] inclyta iuris
Romani capita admittunt. Reginaldus in arma
Conuocat armata, praxim, ſub lege forenſem.[M]

A Cap. continebatur de homicidio.
B Alex. 3. in cap. Presbyterū de homicid.
C Can. ſæpe contingit 50. diſt.
D Cap. ſignificaſti de homic.
E Triburien. Cōcil. in Cā. ſi duo fratres diſt. 50. l. ſi putator ff. ad legem Aquiliā.
F Sanch. de Matr. lib. 2. diſp. 41. n. 9
G. Coninck de Sacrám. & Cenſu. to. 2. diſp. 18, dub. 2. num. 23.
H. Vgolin. de Cenſu. cap. 4. §. 2. nu. 3.
I. Barboſa hic nu. 7. & duobus antecedentibus.
L. Boerius deciſ. 323. poſt n. 11. verſ. & pro hoc.
M. Reginal. in praxi for. pœnit. lib. 30. nu. 28.

A

Homicidium caſuale, ei imputatur, qui, licet rei licitæ operam daret, omnimodā non adhibuit diligentiam.

B. D.

Ratio deſumitur à cōtrario; ſi enim ille omnem diligentiā adhiberet, proculdubio à criminis macula liber eſſet. ergo cum non adhibuerit, &c. Presbyterum enim qui quendam puerum intuitu diſciplinę percuſſit in capite, cum póſt paucos dies expiraſſet, tam ab omni altaris miniſterio debes perpetuo remouere, quam ab officio Sacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interijt, &c.



Digitized by Google

# INNOCENTIVS III.
## EX
## CAP. SIGNIFICASTI EODEM TITVLO
### CONCLVSIO XXXVIII.

*Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, & non fuit in culpa.*

E Contra per Presbyterum ſi culpa faceſſat,
Crimine liber erit [A]: Prælati Lingonis oris
Tertius Innocuus [B]; Metenſibus [C], & Paduanis [D]
Prælatis iubet; Innocuo, quoque tertius hęret
Magnus Alexander [E], Nicolaus Papa Senatu
In Vormacenſi [F], Bracharenſis Epiſcopus olim
Martinus [G]; nec Cæſareis Genitoribus olim
Aduerſum hoc fuerat: ſententia Maximiani
Hæc fuit [H]; in nono ſtat libro Codicis [I]: hinc eſt
Quod Molina meis adiecit plurima votis
Vota [L]; pares vireſque Theſi Henriqueſius affert. [M]

A Cap. ex litteris il 2. de homic.
B. Innoc. 3. in cap. dilectus filius.
C. Idem Meten. Epiſcopo in cap. ex litteris il 1.
D. Idē in cap. ſignificaſti il 2. Paduano Epiſcopo.
E. Cap. lator pręſentium cū omnibus antecedentibus ſupradictis de homicid. vol. & caſ.
F. Nicol. ex Conc. Vuormac. cap. 29. in Can. ſæpe contingit. Can. hi qui arbores diſt. 50.
G. Bracharen. Epiſcopus Can. 78. in Can. ſi quis voluntariè 50. diſt.
H. I. Lib. 9. Cod. tit. ad legem Corneliā de Sicarijs.
L. Molin. de iuſt. tom. 3. tract. 4. diſp. 77. num. 8. ver. ſimili modo.
M. Hēriques in ſum. l. 14. de irreg. c. 15. §. poſt med.

A

Ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod quidam Monacus ad deponendam de Cāpanili Campanam ſubſeruiens, quia quoddam lignum corruit ipſo mouente, quendam puerum oppreſſit, & occidit. Quare mandamus quatenus ſi Monachus idem rem neceſſariam agebat, & vtilem, & in loco per quem aliquem tranſire non crederet, vel ibidem exiſtere, vel illuc de conſuetudine venire quando lignum mouiſſe dignoſcitur, ſatis poterit præſertim in monaſterio ad altiores ordines promoueri. Ideſt quia adhibuit diligentiam quam debuit.

CON-

# CONCIL. LATERANENSE EX CAP. I. DE TORNEAMENTIS

## CONCLVSIO XXXIX.

*Morientibus in Torneamentis denegatur Eccleſiaſtica ſepultura, quamuis petentibus pænitentia non denegetur.*

ARma fremunt, equiteſq; tuba, ſtrepituq; laceſſunt.
Hinc illinc cōſtructa forum dant robora: & intus
Campus adeſt, feruent denſo ſub milite arenæ:
Amphitheatra tument populo ſpectante: frementes
Iam iam acuūt animos ſtimuli, peditumq; equitumq;
Tela volant, volitantquè neces, iam plumbeus imber
Depluit, & pluſquàm intortis emiſſa lacertis
Fata alata volant. Hanc inter cędis erynnim
Eccleſia apparet, certum eſt componere fluctus,
Ardenteſquè minas: furias compeſcere tentat,
Nec potis eſt animata manus: quæ vt vidit ab aſtris
Cęleſtis ſolyma, in natos haſtilia linguę
Vibrat in hos ſenſus: diſcerpite viſcera nati,
Cognataſquè cruore domus, planctuquè replete,
Faxo pœniteat. Sua quiquè incepta ſequuntur.
At poſtquàm humanis ſubiecti caſibus atras
Oppetiere neces, Solymę natale ſepulchrum
Exoptant, quos Eccleſię ſic eijcit ardor;
Quid mihi vobiſcum eſt infelix cura, rebelles
Venaleſquè animæ, ſceleris ſi pœnitet vſus
Non ſacramentum de more negabitur; aſt hic
Tentatis fruſtrà patrium poſuiſſe ſepulchrum
Indigni: Superum fulmen riſiſtis iniqui?
Nunc cineres rident famoſa piacula veſtros.

Alex. 3. in cap. ad Audientiam eodem. Ad audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod cum quidam ad locum deputatū torneamentis, cauſa requirendi debita acceſſiſſet. Nos attendentes quod his tantum Eccleſiaſtica ſepultura debeat interdici qui ad torneamenta; animo id faciendi tantum accedentes, decedunt ibidem. Can. ſi quis de corpore 26. qu. 1. Can. pœnitentes. 50. diſt. cap. quod in te de Pœniten. & Remiſſionibus. careat Eccleſiaſtica ſepultura; ſic cōceditur maius, & negatur minus. ita cap. 2. de rap. Can. Epiſcopus gubernationem 88. diſt. &c.

Felicis memorię Innocentij, & Eugenij Prædeceſſorū noſtrorum veſtigijs inhærentes deteſtabiles illas nundinas, vel ferias quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto cōuenire ſolēt, & ad oſtentationem virium ſuarum, & audaciæ temerè congredi, vnde mortes hominum, & animarum pericula ſępe proueniūt, fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit quamuis ei poſcenti pænitentia non denegetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. ſic habetur ex Concilio Lateranenſi in hoc cap. 1. de Torneamentis.



Digitized by Google

# INNOCENTIVS III.

## EX

## CAP. QVIA FRVSTRA DE VSVRIS.

### CONCLVSIO XL.

*Vſurarius non auditur ſuper reſtituendis ſibi vſuris, niſi prius extortas reſtituat.*

HInc procul armato qui ſubdolus vngue rapinam
Inſequitur [A], procul hinc lucro qui ſeruit iniquo, [B]
Hinc procul vſurę ſcelerata libido voracis.
Nam quia ab auxilio Legis fruſtrà orat amico
Præſidium, in legem qui noxia fulmina vibrat [C],
(Cernis Alexandrum de nomine tertium ab Vrbe
Grandenſi dantem Patriarchæ iura [D]? ſereno
Aethere Cæleſtina manus quoque Tertia ſplendet [E].)
Pręcipimus ſeruum vſuræ qui noſtra, fauori
Iuſſa habuit proprio, quod ſcilicèt inuida lucrum
Reſtituat ſoboles ſeruile, [F] niſi ipſe diremptas
Vſuras reddat, quas fratribus ille vorauit;
Lege frui nulla, nullo moderamine noſtro [G],
Non etenim ex illo gaudet moderamine Caius
Quod ſemper ferijt, quod iniquis læſerit armis [H].

A
Can. ſi quis vſuram 14. qu. 4.

B
Cap. cum tu de vſuris.

C
L. iſti quidem ff. quod metcauſ l. ſcimus §. ſi vero poſtquã C. de iur. delib.

D
Cap. Conſtitutis de Apellat.

E
Cap. an de Apellat.

F. G.
Cap. cum aliquibus de re iudicata l. quod ſi non ſoluerit de Pignoratitia actione.

H
Cap. ex eo. de Reg. iu in 6. l. Papinianus §. meminiſſe ff. de Inoff. teſt. Can. ſi Romanorum 19. diſt. Can. quo iure 8 diſt. cap. cum olim de Cenſibus. Can. quam præpoſterum 13. quæſt. 2. cap. Præſentium de teſti. l. alia cauſa eſt C. de ijs qq. vt indig. l. ſi quis ius iurandum C. de Rebus Creditis.

A
Quia vſuram exercens rapinam, & quodamodo furtum committit.

B
Et ſubiacet reſtitutioni ſicut furtum committens.

C
Quia fruſtra legis auxiliũ inuocat qui committit in legem.

D
Alexander III. Grandenſi Patriarchæ.

E
Cæleſtinus Papa loquitur cõtra vſurarios.

F
Statuimus vt ſi quis vſurarius à nobis litteras impetrauerit ſuper reſtituendis vſuris, vel fructibus computandis in ſortem, niſi prius ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, authoritate litterarum ipſarum nullatenus audiatur.

H
Ex eo non debet quis fructum capere quod niſus extitit impugnare.

IDEM

# IDEM EX CAP. CVM DILECTVS DE PVRGATIONE CANONICA.

## CONCLVSIO XLI.

*Ad purgationem admittuntur maximè vicinæ, & honeſtæ perſonæ.*

SVbdita progenies quæ criminis hauſerit ęquor,
Vel ſceleris tabe intacto moueatur ab ęſtu
Purgari ſacro Canonum medicamine debet;
Nè quas Tartareus maculas iactauerit hoſtis
Aeternas habeat; Canonum purgatio quale
Perſonę genus exaltet, primumquè requirat
Erudit Innocuus Princeps; vos, inquit, habete
In primis [A], vt vicino purgetur amico
Vicinus [B], cum vicini ſibi ſacta patere
Pręſumant leges [C]; teſtis Gregorius [D]; hincquè
Quęrit honeſtatem Canonum purgatio [F]; lucet
Imperio hoc ſacrum qui rexit Lucius Orbem
Tertius, huic ſocios Barboſa [F], Menochius [G], addunt
Iudicio [H], & multis ſignant arbitria votis [I].

A
Cap. quoſdam cap. quanto de præſumpt. Socin. reg. 98. Menoch. de præſ. lib. 6. præſumpt. 29. nu. 12. cum ſequenti.

D. E.
Cap. cõſtitutus de purg. Canõ.

F
Barboſa in Coll. hic num. 2.

G
Menoch. de Arbitrijs caſu 222

H. I.
Doctores per textum in l. ſi vicinis C. de nupt. Maſcar. de Prob. Concluſ. 1406. num. 4. Flores de Mena var. qu. 1. num. 6. Chriſtoforus de Pace ad leges ſtyli, l. 64. num. 4. cum ſequentibus, &c.

A
Illud autẽ vos attendere volumus, & mandamus.

B
Vt tales ad purpurgationem admittantur perſonæ quę vicinæ ſunt.

C
Quia vicinus præſumitur ſcire ſacta vicini, & per conſequens an ſit bonæ conditionis, vel famæ, an bene viuat, vel malè; & è vicino præſumuntur melius patere res, vnde ait Gregorius Africa vero qualiter mortalitate, & languoribus vaſtetur quanto viciniores eſtis, credo quod ſubtilius cognouiſtis.

D
Vicinæ ſint, & honeſtæ.



Digitized by Google

# BONIFACIVS VIII.

## EX

## CAP. VT ANIMARVM

## DE

## CONSTITVTIONIBVS IN VI.

### CONCLVSIO XLII.

*Statutum Epiſcopi non ligat ſubditum extrà Diæceſim.*

PRælatus ſtatuit (neque enim ſtatuiſſe poteſtas
Parua datur [A]) contra, furti quos dira libido,
Presbyteros, lucriquè fames tenuere ſceleſti [B],
Cenſuriſquè ſtatuta probat [C]; ſi Caius in oras
Romanas veniat prælati ſubditus, illi
Furti non noceat fulmen [D], confinia nempe
Non aliena ligant Prelati vincla Metenſis [E];
Et bene: quæ ſtricto vincitur Dictio-Iuris
Limite, non agros alieni Iuris inundet [F];
Iura patent [G], votumq; Patrum, Bonacina [H], Soares [I],
Atque Couaruuias [L], Peruſinaque fama ſequuntur [M].

A
Gloſ. hic in verb. ſtatuto. & cap. ſi quis venerit de maior. & obedientia.

B
Inſt. de oblig. quæ ex quaſi del. in princ. & §. furtum autem, & §. Placuit: & in Can. Pœnale 24. qu. 5. Can. quid in omnibus 32. q. 7

F
Curtius Iun. conſ. 41. nu. 9. & conſ. 158. n. 24. & conſ. 184. n. 8.

G
Cap. cum Epiſcopus de officio ordinarij in 6.

H
Bonac. de Cenſu. diſp. 1. q. 1. pun. 11. num. 6.

I
Soar. tom. 5. diſp. 5. ſect. 4. num. 4.

L
Couaruu. in cap. Alma Mater par. 1. §. 10. num. 3.

M
Ioſeph Ludouicus Peruſinus deciſ. 80. nu. 15.

A
Nota Epiſcopū poſſe facere ſtatutum.

B
Statuto Epiſcopi quo in omnes qui furtum commiſerint.

C
Excommunicationis ſententia promulgatur.

D
Subditi eius furtum extra ipſius Diœceſim committentes minime ligari noſcantur.

E
Cum extra territorium Iuſdicenti non pareatur impunè.

F
Et bene: Iuriſdictio enim eſt ſolum ordinaria, & territorio adhæret, ſicut Nebula in palude Barboſ. hic.

INNO-

# INNOCENTIVS IV.

## EX CAP. I.

## DE

## SENTENTIA EXCOMMVNICAT. IN VI.

### CONCLVSIO XLIII.

*Excommunicatio medicinalis eſt non mortalis.*

CVm medicinalis iactet pia vulneris arma
Et non lethalis Cenſura [A]; docenda flagello
Corda ſalutari, diſciplinata, ſeuero
Non eradicet ferro [B]; nec dulcia proſint
Vincula ſpernenti [C], cautè ſibi conſulat almę
Eccleſiæ Iudex [D] vt cum pia fulmina vibrat,
Corrigere, & nocua confectos tabe mederi
Intendat, pretiumquè ictus ſit meta ſalutis [E].
Hoc Auguſtinus genitor, qui Tartara terret,
Qui petit æterno Manichæam fulmine peſtem,
Comprobat [F]. Vrbanus tamen arma ſeuerior vrget,
Nam ſi Auguſtinus ſtygiam reuomentia cladem
Monſtra ferit, Chriſtique Pelagius exul ab Orbe
Mittitur, Eccleſię Donatus dona Latinę
Perdit, & ęthereis Cęleſtius exulat oris [G];
Ergo mortalis Cenſurę eſt vulneris ictus:
Solue tamen; diſciplinartuus Africa terror
Non eradicat: Iuris Pater optimus Vrbis
Romanę regimen Petrique Vicaria dextra
Tertia, ab innocui nomen ſortita nitore
Pectoris, hoc probat [H] Innocuū mea muſa ſequetur.

A
Can.audi 11. q. 3. Can. nemo Epiſcoporum ead quęſt. Can. Corripiantur. 24.qu 3.

B
Fit enim vt ſpiritus eius ſaluus fiat, vt d. Can.audi.

C
Dum tamen incorrigibilis non exiſtat, vt d.Can.nemo epiſcoporum, & Cā.corripiātur.

Pelagius hæreticus.

Donatus hæreticus.

Cœleſtius hæreticus.

G
Vrbanus Papa in Can. notandum 24.q 3. ibi in fine nobis conciliatur vnde apparet liquido aliud eſſe excommunicationem aliud eradicationem; qui enim excōmunicatur, vt Apoſtolus ait, ad hoc excommunicatur, vt ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini; diſciplina enim eſt excommunicatio, non eradicatio.

H
Innoc. 3.in cap. Per venerabilem qui fil.ſint. legit.

A
Cum medicinalis ſit excommunicatio non mortalis.

B
Diſciplinans,nō eradicans.

C
Dum tamen is in quem lata fuerit non contemnat.

D
Caute prouideat Iudex Eccleſiaſticus.

E
Vt in ea ferenda oſtendat ſe proſequi quod corrigētis fuerit, & medentis. littera noſtri cap.

F
Multi corrigūtur, vt Petrus; multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur donec veniat Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum. & infra ibi. quamuis hæc prohibitio non dum ſit mortalis ſed medicinalis. Diuus Auguſt. in Can. Multi 2.q.1.relatus in homil.50 de Pœnit.cap.12.



Digitized by Google

# CLEMENS V.

## EX CLEM. SI ROMANVS DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

### CONCLVSIO XLIV.

*Prouiſio facta motu proprio à Summo Pontifice, licèt habita non fuerit mentio obtentorum, valet.*

SI motu proprio nulla accedente precantis,
Prę ſantiſque manu Genitor de more latinus
Eccleſię donum, Eccleſiæ concedat alumno [A],
Nec quas obtinuit, ſint qualeſcunquè prioris
Gratiæ opus, gazas narrauerit [B], inuida liuor
Fulmina non vibret, valeatque ſine obijce Caio
Gratia [C] Præbendas habeat, vel perſonatus
Queis curæ annexus labor eſt, vel cura faceſſat [D];
Quodquod & officij decus expectabile ſacri [E];
Aut ſi Migdonijs Latius Tyberinus arenis
Efflueret, totumquè bibant Tyberiades Indum,
Gemmantiquè Tybrim manantem ſole liceret
Caio conferri, valida eſt prouiſio; noſtri
Sic textus contextus habet; Clementia namque
Quę Quinto Clemente [F] nitet Regnante Fluentem
Clementis Cæli per aperta volumina lucem
Eccleſiæ tribuit, quę Cælum fingit in Orbe.

A
Cap. noſtro cap. ſi motu proprio de Præbẽdis, & dignitatibus in 6. ibi. Si motu proprio alicui aliquod beneficiũ obtinenti conferamus aliud.

B
De illo non habita mentione.

C
Non per hoc gratiam huiuſmodi, quæ de noſtra liberalitate proceſſit, inualidam volumus declarari; ſecus ſi ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiuſmodi faciamus, tunc enimquantum. cumque modicum beneficiũ taceatur in ea, ipſam veluti ſubreptitiam vires nolumus obtinere.

C
Beneficiũ hic large accipitur. Cap. 1. de Reg. iu. l. 6.

A
Si Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio prouideat.

B
De beneficijs, quæ obtinuit non habita mẽtione.

C
Prouiſionẽ, ſeu gratiam huiuſmodi fore validam declaramus.

D. E. F.
Qualiacumque fuerint beneficia, Dignitates aut perſonatus cum cura vel ſine cura, & in numero quantocumque, quæ is habebat cum ſibi prouiſio facta fuit; Clem. noſtra. de Præb.



Digitized by Google

# CALIXTVS I.
# EX CAN. I.
# DISTINCT. XII.

## CONCLVSIO XLV.

***Non eſt dubium Apoſtolicam Eccleſiam eſſe omnium Matrem Eccleſiarum, à cuius regulis nulli Eccleſiæ recedere licet.***

Non decet à capitis, diſcedere membra, Regentis
Imperijs [A], quando ſacris teſtata Tabellis
Imponit, Capiti, Sapientia, membra ſubeſſe,
Sectariquè caput [B]: nulli dubitare licebit
Eccleſiam Petri, Eccleſijs ſupereſſe Parentem
Omnibus, hanc contrà nullatenùs ire licebit [C].
Et velut omnipotens, Patriquè coæua Poteſtas,
Iuſſa ſui patris impleuit: ſic docta voluntas
Veſtra, voluntatem Eccleſiæ Genitricis amico
Implete obſequio, capitiquè Latina tuenti
Littora, Romaniſque date oſcula ſubdita plantis [D].
Ergò quod Aſtræę diſcretio nulla figurat,
Eccleſiæ & contrà dictamina iuſta Latinæ
Effectum fuerit, nulla ratione probetur. [E]
Hæc diuinus amor loquitur teſtante Calixto;
Aſſentit Victor [F], iuris moderator, & Orbis
Tertius Innocuus Bracharenſe Prioribus affert
Iudicium [G], Mutinę Eccleſiam grauiore querela
Impetit [H], Ambroſij terror [I], Leo Nonus in arma
Conuocat, Eccleſię tutatur Iura Latinę
Hic Primus Nicolaus [L], adeſt quoque Iulius heros [M].

A
Can. celebritatem de Conſecr. diſt. 3. & auth. de Eccleſ. tit. in princ. & Can. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 3.

B
Anſelm. lib. 1. cap. 12. Polyc. l. 2. cap. 17.

C
Ergo, & græcorum Cã. Rogamus 24. q. 1. gloſ. in noſtro Can. verb. omnium.

D. E. F.
Victor Papa in Can. celebritatem de conſec. diſt. 3.

G
Innoc. 3. in cap. cum non liceat de Præſcriptionibus.

H
Idem in cap. fin. de ſponſa duorum.

I
Diuus Auguſt. lib. 3. Confeſſ. cap. 8. relatus in cap. quæ cõtra bonos mores diſt. 8.

L.
Leo. & Nicolaus in Can. Scit Sancta 12. diſ.
M. In Can. Nolite 11. diſt.

A
Non decet a capite membra diſcedere.

B
Sed iuxta ſacræ ſcripturę teſtimonium omnia membra caput ſequuntur.

C
Nulli vero dubium eſt, quod Apoſtolica Eccleſia Mater eſt omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare.

D
Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, ſic, & vos volũtatem veſtræ impleatis Matris, quę eſt Eccleſiæ cuius caput; vt prædictum eſt Romana exiſtit Eccleſia.

E
Quidquid ergo ſine diſcretione Iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. F. Victor. G. Innoc. 3. H. Idem, I. Diuus Auguſt. I. Leo IX. & Nicolaus. I. M. Iulius.

M LEO

# LEO PAPA
## EX CAN. I.
## PRIMA QV. I.
### CONCLVSIO XLVI.

*Simoniaci Gratiam non conſequuntur.*

GRatia, quam gratis non accipis, inque nefando
Mammona Gezita dabat[X] pia gratia non eſt[A].
Non verò accipiunt gratis Simonis alumni[B].
Gratiæ opes igitur ſacrarum maxima rerum
Munera, præſumunt fruſtrà accepiſſe[C]; niſi autem
Accipiant, nec habent[D], nec habentes gratię honores
Vel gratis dare, vel pretio accedente ſubactos
Vendere non poſſunt[E]; igitur Gezita quid offert?[F]
Dat quod habet[G]: quid habet? ſtygijs vitiata venenis
Fulmina, mendacis ſpiracula ſæua Draconis[H].
Hoc quo iure probas[I]? quia ſi ſpiracula Veri
Aetherei teſtante Deo[Z], à quo vera renident
Donantur gratis, certum eſt ſpiracula Ditis
Illa fore infernam interitus reuomentia Gazam[L].
Hęc Leo[M]; Romanum Gregorius arte Leonem
Sectatur[N], per Lucanas Gelaſius vndas[O]
Simonem furijs & perpete fulmine adurit[P].

A
Notatur per Bartol. in l. Titio centum ff. de Condit. & demonſtration.

X. B.
Refertur in gl. cauſæ primæ prima quæſtione. & ea: Can. ſunt nonnulli, cap. & ſi quæſtiones de Simonia, Cā. quos conſtiterit, 1. quæſt. 1.

C. D. E. F.
Can. Daibertū 1. q. 7. l. nemo ff. de Reg iur. Cā. quomodo de Conſecr. diſt. 4. & Can. qui perfectionem ead. queſt. Can. ſolet de conſecr. diſt. 4.

Z. G. H. I. L. M.
Cum ait gratis accepiſtis gratis date Math. 10.

A
Gratia ſi non gratis datur, vel accipitur gratia non eſt.

X
Giezita eſt Giezi, vt refertur in veteri teſtamento, qui voluit vendere ſanitatem Naaman Syro Regi.

B
Simon Magus primùs Simoniacus, qui emere volebat Spiritum Sanctum, Simoniaci autem nō gratis accipiunt.

C
Igitur gratiā, quæ maximè in Eccleſiaſticis ordinibus operatur non accipiunt.

D
Si autem non accipiunt, non habent.

E. F. G. H. I.
Si autem non habent nec gratis, nec, non gratis cuiquam dare poſſunt. Quid ergo dant? Profecto quod habent. Quid autem habent? Spiritum vtique mendacij.

L. M.
Quomodo hoc probamus? quia ſi Spiritus veritatis (teſtante ipſa veritate de qua procedit) gratis accipitur, procul dubio Spiritus mendacij eſſe conuincitur qui non gratis accipitur.

N. Leo. O. Gregorius. P. Apocalip. Ioan. Q. Gelaſius Papa.

N. O.
Leo Papa in d. Can. qu 1. Gregor. Papa in cap. 1. de Simon. & Can. quicumque ſtudet, Can. Præsbyter, Can. Benedictio, Can. quiſquis 1. qu. 1.

P
Vndas ideſt populos Apocal. cap. 17. & cap. cum Marthæ §. quæſiuiſti de celebratione Miſſarum.

Q
Gelaſius Papa in Can. quos conſtiterit 1. q. 1.

DIVVS

# DIVVS AVGVSTINVS
## EX CAN.
## QVODCVMQVE XXIV. Q. I.
### CONCLVSIO XLVII.

*In perſona Petri ligandi, & abſoluendi Pontifices poteſtatem acceperunt.*

TErrenas inter quodcumquè reuinxeris oras.
Vinctum erit in cęlis; quodcumq; reſolueris orbi,
Sidereis ſubitò ſoluetur in Orbibus; Almam
Cur non Eccleſiam iuuet expectabile munus.
Eccleſię Cephas Petra eſt [B], Capiſque ſupremi
Nomen [C]; adorati viden vt miracula ſceptri
Lęta micent? Calathus Cælo vt demiſſus aperto
Linteus, anguifero grauidus ſerpente loquelas
Exprimat OCCIDE, ET MANDVCA PETRE [D]? videndū eſt
Quid ſignare velit: Capiti ſuus aduenit vſus
Manducare cibos, alimentaquè mittere membris.
Sic Petrus Caput Eccleſię ſub iura Dracones
Hæreſeos ſtygium ructantes ore venenum
Mitteret, in Solymæ ſacræ purgata malignis
Mœnia ſpiritibus conuerteret, at Caput Orbis
Eccleſia eſt ſacri, Petro coniuncta marito.
Ergò quod in Petrum pluit inceſſabilis ęther
Irrigat Eccleſiam: Petriquè potentia in illa eſt.

A

Matth. cap. 16. num. 19.

B

Matth, cap, 16. num, 17. & 18. Ioan. cap. 1. nu. 41.

C

Hieron. epiſt. ad Galat. cap. 2. op. tat. lib. 2. contra Parmen. Iſaias cap. 8. & 28. Daniel. 2. Dauid pſalm. 117 Matth. 21. Paul. ad Rom. 9. 1. ad Corin. c, 10. Epheſ. 2. 1. Athanaſius in epiſt. ad fel. Baſilius Mag. lib. 2. in Eunomium. Nazianz. orat. de moder. ſeru. in diſp. orig. hō. 5. in Exod. S. Chriſoſt. in hom. 55. in Matth. Cyrill. in Ioan. lib. 1. cap. 2. Theophilactus cap. 22. Lucæ Euthymius cap. 16. Matth. Hilar. Can. 16. in Matth. Tertul. lib. de Præſcrip. & Aug. in Pſalmo. contra Partem Donat. & ſerm. 1. de SS. Petro, & Paulo.

D

Viſio facta Diuo Petro actor. 10.

A

Et quodcumque ligaueris ſuper Terram, erit ligatum, & in Cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper Terram erit ſolutum, & in Cœlis.

B

Et tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & alibi Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

C

Cephas quod eſt Petrus nominis, & capitis ſupremi prę ſefert dignitatem,

D

Poſtera autem die illis facientibus, & appropinquantibus Ciuitati aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam; & cum eſuriret voluit guſtare; parantibus autem illis cecidit ſuper eum mentis exceſſus Et vidit Cælum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs ſubmitti de Cælo in Terram in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia Terræ, & volatilia Cæli, & facta eſt vox ad eum ſurge Petre Occide, & Manduca.



Digitized by Google

# DIVVS AMBROSIVS
## EX CAN.
## SI PETRVS XXIV. Q. I.
### CONCLVSIO XLVIII.

*Profeſſione ſuæ ſidei aurem erroris Romana abſcidit Eccleſia.*

ABſcidit auriculam Malcho Petrus:[A] o bene factum:
Auris erat Malchi, non corporis; auris in aure
Interiore malos biberet quę ſurda cachinnos [B].
O factum bene; cui Cælos aperire poteſtas
Sacra datur, datur & Cælos clauſiſſe poteſtas.
Cui ſoluiſſe data eſt, datur & vinxiſſe poteſtas [C].
Huc ades auritos qui nos petis vnus aſellos
Caluine [D]; huc ſoboles monſtrorum, animataq; ſtrages
Tartareis plus lernęa fœcunda propago
Verticibus; nos ne Auguſtini voce rudentes,
Nos Aquila erudiente vocas turpiſſime tardos?
Demitte auriculas vt iniquę mentis Aſellus [I].
Has vindex Petri gladius petet, inquè cruento
Supplicio, quos auritos ſimularis aſellos
Agnoſces, auſuſquè negaſſe fatebere noxas.
Ah caueant non auriculam deperdere ſacris
Officijs, non audaci pręſumere in hauſtu
Exhaurire fretum, non aures tendat Aſellus
Oblongas nimium, male pronus in Orphea Midas. [E]

A In noſtro Can. ſi Petrus 24. q. 1.

B, C. Matth. 16. & 18 Ioan. cap. 1.

D Caluinus l. 3. Inſt. art. 3. §. 7. Hic, hic, inquit, aures aſini iſti arrigant.

I. R. P. Fr. Franciſcus à S Auguſtino Macedo in lib. de Clauib. Petri 1. Claui lib. 1. de Dig. & Pot. Papę. pręludio 3. prope finem; acutiſſime, & altè Caluinum premit.

E Percutit Petrus vt doceat aurẽ in ſpecie nõ habẽdam ab eis, qui eam in miniſterio nõ haberent; d. noſtro Can. & eod. Reuerendo adm. Patre Macedo prope finem, &c.

A Si Petrus volẽs percuſſit aurẽ.

B Tollit aurem male audiẽtis, tollit autem gladio ſpirituali aurem interiorem malè intelligentis.

C Et quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cælis, & quodcumque ſolueris, &c.

D Caluinus Hæreſeos Hidra, Monſtrorũ ſeges confeſſionẽ auricularẽ profitentes aſinos apellat.

E Caueamus ne multum ſcire præſumentes videamur ad explicandum ſacrum eloquium aſini ad lyram.



Digitized by Google

# IDEM EX CAN. ECCE NVNC DE POENITENTIA DISTINCT. I.

## CONCLVSIO XLIX.

*Veram pœnitentiam verus animi dolor conſtituit:*

ECce dies demiſſa polis, en tempora totis
Excipienda fibris [A], Confeſſio queis animarum
Mortem adimit [B], queis axem aperit cōfeſſio [C], & vnā
Spem tribuit veræ confeſſio vera ſalutis [D]:
Vndè tuba ſcriptura canit [E], dic crimina cordis
Antiquata fibris, noxæquè in morte querelas
Exprime Cygne tuas, ſtygioquè euictus Achille,
Sacrarum in volucrem Phaëtontida verſus aquarum
Dilue ſtipatas animę in diſcrimina noxas [F]:
Iuſtitię imprimitur nullus ſuper aſtra character,
Cui cum vitales vitalibus hauriat auras
Spiritibus, non vult vllis peccata ſubeſſe
Iudicijs [G]; ea nos igitur confeſſio morti
Eripit ęternæ, ſceleris cum pœnitet vſus [H].
Pœnituiſſe dolorem animi, cordiſquè rigorem
Continet, & pro criminibus contrita patratis
Pectora [I], noxales lacrymis lauiſſe lituras,
Nec quas naufragio lacrymarum, vndiſquè dolorum
Diluat, exciri rediuiua labe lituras [L].

A
Can. libenter, Can. & venit in fine, Can. ſed continuo prope finem de Pœnit. diſt. 1.

B
Can. ſerpens eod. tit.

C
Can. libenter. iam dicto,

D
Can. Multiplex, Can. Nemo poteſt. eo: tit.

E. F.
Eſai. cap. 43. Cā. Poteſt fieri; pulcherrime hic agitur à Diuo Ambroſ. prim. lib. de pœnit. capit. 3.

G
Can. & venit iam ſupradicto. eo: titulo.

H. I.
Non ſolum dolor cordis, & amaritudo animi, ſed perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre. In corde eius Contritio; in ore Confeſsio; in opere tota humilitas; hæc eſt fructifera pœnit. Can. Perfecta. eo; tit. de pæn. diſt. 3. cap. 1.

A
Ecce nunc tempus acceptabile adeſt.

B
In quo confeſſio à morte animam liberat.

C
Confeſsio aperit paradiſum.

D
Confeſsio ſpem ſaluādi tribuit.

E
Vnde ſcriptura dicit.

F
Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris.

G
His verbis oſtenditur quia nō meretur iuſtificari, qui in vita ſua peccata non vult cōfiteri.

H
Illa ergo confeſsio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia.

I
Pœnitentia vera eſt dolor cordis, & amaritudo animi pro malis, quæ quiſque commiſit.

L
Pœnitentia eſt, & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.



Digitized by Google

# CONC. VVORMACIENSE EX CAN. CVM OMNE DE CONSECRATIONE DISTINCT. II.

## CONCLVSIO L.

*In Conſecratione aqua cum vino conuertitur in ſanguinem Chriſti.*

COnuiuæ patuere poli; Sacrumquè Senatum
ORBIS adoratæ CERERIS trahit: vndique Cęlos
Aligerum glomerata cohors circumuolat: Altum
Mentis Opus, paruo cereris circumdata gyro
Sidera, & affixum duplici per inane tigillo
Effundentem animam, & pretioſo ſanguinis hauſtum
Naufragio videre DEVM, latus vndiquè ſacro
Sanguine purpureum ſacratæ Tethyos Vndas
Sanguine commixtas effundere, ſcilicet Vndas
Sanguine ſtagnantes gemmaſcere fecerit, Vndas [A]
Sanguine Chriſticolas populos gemmantibus Vndis
Effluere, & Cæli vitreis dare fluctibus Vndas [B]
Cur non docta fides Thetidi miſcere Lyeum
(Non dea maior eo) damnat temeraria vocum
Argumenta [C] ? Calix cum rite peractus amori eſt,
Sanguinis eſſe ſui Calicem teſtabitur Agnus.
Pręterea Thetis in ſacrum conuerſa cruorem
Ni foret, haud poſſet miſſam celebrare ſecundam
Inieiunus homo: pellatur Aquarius [D], Orbem
Armenus in ſtygias commutet, Dite, paludes
Exagitante moras [E], placeat ſententia noſtri
Pontificis [F], Pauli à Laymanne [G]: theſimq; Macedo
Bis geminę Clauis manſuro adamante reſignat [H].

A
Apocalip. cap. 17. & cap. cum Marthæ §. quæſiuiſti de celebr. Miſſ.

B
Apocalipſis 17.

C
Scilicet Sotus diſp. 9. q. 1. art. 6. Suar. in fin. art. 8. diſp. 45. Vaſq. diſp. 178. cap. 2. Palud. 4. diſt. 11. quæſt. 1. art. 6. Concluſ. 5. Gabr. ead. diſt. q. 2. art. 3. dub. 3.

D. E.
Aquarius, & Armenus hæretici.

F
Innoc. 3. in cap. cum Marthæ §. quæſiuiſti, & cap. ſequenti de celebr. Miſſarum.

G
Laimann lib. 5. tract. 4. cap. 2. nu. 8. & 9.

A
Vndæ dicuntur Populi in Apocal.

C
Contra Sotum inſurgit Cardinalis Alanus lib. 1. de Sacramentis cap. 13. qui dicere auſus eſt hoc de fide certum eſſe tenendum.

D
Aquarius ſolã aquam Calicis materiam eſſe dicebat.

E
Armenus ſolũ vinum materiã Calicis aſſerebat.

G
Alger. lib. 1. de Euchar. cap. 17. Paſcaſ. lib. de Corp. & Sang. Chriſti cap. 11. & 19. Gaufred. in epiſt. ad Epiſcopum Alban. apud Baron. to. 12. an. 1188.

H
R. P. Fr. Franciſcus à S. Auguſtino Macedo Luſitanus Controuerſiarum Profeſſor in lib. de Clauibus Petri; Claui 4. tract. 2. cap. 5.

CON-

# CONCLVSIONES CIVILES.

# VLPIANVS

## In l. 1. ff. de Iuſtitia, & Iure.

### CONCLVSIO LI.

*Ius à Iuſtitia eſt appellatum. Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas Ius ſuum cuiquè tribuendi; Ius triplex; Naturale, quod omnia animantia docuit natura, Ius Gentium quod Gentium vſus apud omnes homines vindicauit, & Ciuile quod ſibi quæque Ciuitas conſtituit.*

BEllorophonteas, montis Dea docta bicollis
Perge bibamus aquas. En audior: omnia plaudunt:
Cæſar adeſt: poſt Romulidum decreta Parentum
Auguſtus ſua Iura dabit: plenoquè Senatu
Vlpius aſſurgit [A], Iuris monumenta Vetuſti
Hic vbi lege micant prima, textuquè ſequenti
Primo ſub titulo [B]; Iuris Digeſta fatentur
Ius à Iuſtitia dictum voluiſſe Priores [C].
Iuſtitia eſt conſtans, tribuendi æterna voluntas
Cuique ſuum [D]: à cęlo dudum conceſſa benigno.
Cui ſine Iuſtitia conſtans, & certa voluntas
Eſſe poteſt? quis (deficiat Prudentia Iuris)
Iniuſtam, iuſto latitantem in cortice noxam
Diſcreuiſſe queat [E]? Cælos imitatur amantes
Vna in Iuſtitia tellus: iam Iuris ouantem
Iuriſprudentis per lyncea lumina, Solem
Mortales cernunt oculi, iuſtumque, & iniquum
Orbe patent toto, iuſtumquè triumphat, & Aequum.
Hinc quod naturę dedit inclinatio, Iuris
Naturæ bene nomen habet [F]; Gentile Priorum
Ius fuerat naturali ratione probatum [G].
Ciuile inſtituit ſibi ciuica quæque Poteſtas. [H]

A. B. C.

Ioann. Buridanus Moral. qu. q. 2. Albertus Bolognettus de lege, Iure, & Aequitate cap. 12. l. pen. eo. titulo ibi ius eſt quod omnibus aut alicui in vnaquaque Ciuitate vtile eſt.

D

L. Iuſtitia 10 ff. de iuſt & iur. §. 1. Inſt. eod. tit.

E

§. Iuriſprudencia inſt. eo: titulo l. Iuſtitia eo:

F

Diuus Thom. 1. 2. q. 91. art. 2. legem natúralem appellat Numinis impreſſionem cuius ſolius communicatione omnes innatam vim illam aſſumant, qua bonum ſemper aliquod ſuapte natura appetūt. l. 1. §. Huius ſtudij verſ. ius naturale eo:

G

L. 1. §. ius Gentium eo: §. ius autem ciuile inſtit. de iur. Nat. gent. & Ciuil.

H

L. ius Ciuile. eo: & §. ſed ius quidem ciuile inſt. de iur. natur. Illuſtris Doctor Carolus Seluaghus optime de hac re in lib. de orig. Ethymo, & præſtantia Pandectarum, &c.

A

Vlpianus Iur. Conſ.

B

In l. Iuri. 1. ff. de iuſtitia, & iure.

C

Iuri operam daturum prius noſſe oportet vnde nomen iuris deſcendat. Eſt autem ius à iuſtitia appellatum.

D

Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi.

E

Iuriſprudentia eſt Humanarū, & Diuinarum rerum notitia, iuſti, atque iniuſti ſcientia.

F

Ius naturale eſt quod natura omnia animantia docuit, vt Maris, & fœminæ coniunctio quam nos Matrimonium apellamus, liberorum procreatio, & educatio.

G

Ius gentium eſt quo gentes humanę vtuntur.

H

Ius Ciuile eſt quod vnaquæque ſibi ciuitas cōſtituit.

PAPI-

# PAPINIANVS

## In l. 1. ff. de Legibus.

## CONCLVSIO LII.

*Lex eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultatio, delictorum, quæ ſponte, vel ignoranter contrahuntur, coercitio, communis Reipublicæ ſponſio.*

MVſa Caballini Dea Gurgitis, vnica noſtri
Maieſtas plectri, noſtro ſuccurre labori.
Quidni Prudentum ſit conſultatio Patrum
Si Conſcriptorum vigilans Prudentia Patrum
Hanc rogat [A]? Hinc Populo ſi conſtituente probatur,
Quidni Pręceptum commune [B]? coërcet iniquos?
Ergò ligat [C]: ligat ignauę quos craſſa moratur
Mentis hebeſquè quies, ſceleriſque rubigine nigrum
Pectus vermis arat, vorat vndiquè flãma medullas [D].
Illa IVBET, non iuſſa VETAT, PERMITTIT, & VRGET [E]
Supplicio infames, & Maieſtate ſuperbos.
Lex ſit Honeſta [F], viris, & conſentanea iuri [G],
Poſſibilis [H], Patriæ legem ſectabitur Vrbis, [I]
Temporis, atquè loci ſpatijs aptata [L], neceſſe
Si ſit, Lex fiat [M], ſitque Vtilis, & Manifeſta, [N]
Nè quemquam obſcuro captet moderamine [O]; nulli
Priuato conſcripta bono, tamen omnibus omne
Vtilitas compenſet onus [P]. Sic noſtra tuentur
Angelicus Doctor [Q], Connanus [R], Ariſtoteleſque [S]
Vota, quibus Baldus [T], Caſtro [V], & Picchardus [X] adhęrent.

A L. Lex eſt ff. de legibus, §. lex eſt inſt. de iur. natur.
B L. pen. de iuſt. & iur.
C. D. Cap. vt animarum de conſtitutionibus in 6. ibi gloſ. verb. ſupina.
E. L. legis virtus ff. de legibus. legis virtus hæc eſt Imperare, Vetare, Permittere, Punire. l. 1. ff. de legibus.
F Erit autem lex honeſta.
G Iuſta.
H Poſſibilis.
I Secundum Patrię cõſuetudinem.
L Loco, temporique conueniens.
M Neceſſaria.
N. Vtilis, Manifeſta quoque.
O Ne aliquid per obſcuritatẽ in captionem contineat.
P Nullo priuato commodo, ſed prò omni ciuium vtilitate conſcripta; hæ ſunt legis proprietates.
Q Diuus Thom. appellat legem ordinationem rationis.
R Connan. lib. 1. cap. 13. num. 2.
S Ariſtot. 1. Polit. cap. 2. vocat ordinationem Societatis ciuilis.
T Baldus hic. V Paul. de Caſtro hic. X Pich. in §. lex eſt inſt. de iur. nat.

A

Lex eſt quod Senatorio Magiſtratu interrogante veluti Conſule; ergo eſt conſultatio Patrum, & Prudentum virorum.

B

Populus Romanus conſtituebat, ergo commune præceptum.

C

Lex legis à ligando dicta quod liget delictorum reos.

D

Duplex datur ignorantia, alia craſſa, & improbabilis, & hæc hic improbatur, quę etiam dicitur ſupina, alia probabilis, & hæc excuſat à delictis. Vermis autem eorum, qui ſupina ignorantia delinquunt, non morietur in æternum. Hæc differentia habetur in cap. vt animarum de Conſt. in 6. gloſ. ibi verb. ſupina.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## In l. ſi Adrogator 22.

## ff. DE ADOPTIONIBVS, ET EMANCIPAT.

### CONCLVSIO LIII.

*Poteſt idem in Paganis teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedere.*

SI patrię exemptus Legi Sempronius vltrò
Se adrogèt alterius Patris ſub Legibus: illi
Subſtituat Primus: Quarta de more ſecundus
Subſtituat: ficto tandem moriente parente,
Et nato moriente, Theſi argumenta parantur [A].
Neuè reformides teſtati nomina nati,
Atquè inteſtati ſimul elucere [B]; duarum
Perſonarum etenim Sempronius ille figuras
Cum gerat, ambarum Ius, & moderamen habebit.
Nec ſatis obijcitur: quod ſi teſtatus abiret,
Viueret, & contrà ſi non teſtatus, imago
Hic natus defuncta foret [C]: cum Iura duobus
Ornarint patribus, geminam tribuere figuram [D].
Sic vbi Militibus Teſtatio mentis aperta eſt
In decimo octauo textu Iuliane putaſti

A
L. ſi Adrogator. noſtra: l. fin. ff. ſi quid in fraud. Patron. l. pupillus 9. ff. de Acq. hæred. l. pupillus ff. de Reg. Iu. l. 2. ibi vltimo Iudicio C. hoc tit.

B
L. Ius noſtrum ff. de Reg. Iur. l. 2. ff. de iniuſt. rupto. l. cum quidam ff. de lib. & poſthumis l. 1. §. ſi ex fundo l. quoties §. ſi duo l. ſi alterius l. interdum §. primo verſic. Denique l. ſi quis ita ſcripſerit. l. ex facto ff. de Hæred. inſtit.

C
§. Hæreditas inſt. de hęred. inſtit. ibi Pichardus.

D
L. ſi certarum §. Iulianus ff. de Militari teſtamento l. ſi Conſul, hoc tit. l. fiſtulas §. 1. ff. de Contrah. emptione. l. Accipientis ff. de Auth. Tutor. l. Tutorem ff. de ijs quibus, vt indig. &c.

A
Si Adrogator deceſſerit, impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decedat. & infra. & puto non admitti ſubſtitutionem niſi forte ad quartam ſolum

C
Ius noſtrum nõ patitur eũdem in paganis, & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe, earumque rerũ naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus, & inteſtatus, vt quis ſit.

C
Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſit miles. Non etenim poteſt fingi pro parte viuus idem, & pro parte credi mortuus.

D
Quaſi duorum hominum, duas hæreditates, intelligi.

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LIV.

*Poteſt Adrogatus cum duobus ſimul Teſtamentis diuerſis decedere.*

MArcello primus Genitor, cum funus obiret,
Subſtituit: natus Patris ſub Iura ſecundi
Iuit, & in Quarta, vita cum cederet, illi
Subſtituit [A]: moritur natus: Teſtatio mentis
Eſt duplex: quia Pupillo Pater Almus in aſſe
Subſtituit, Teſtamenti Pupillus honorem
Noſter habet [B]; nec quod perijt teſtatio mentis
Prima, poteſtatis ſubijt cum Iura ſecundę
Filius, opponas [C]: ſuſpenditur illa: ſecundo
Patre obeunte viget Prætoris Iure: probatur
Nulla etenim fuerat patriæ teſtatio mentis
Illa, vbi prę̨teritus (modò natus) Poſthumus extat.
Si tamen Elyſias petat hæres Poſthumus oras,
Quod rupit, Teſtamentum Prætore vigeret
Authore, hinc varijs valida eſt ſententia votis [D].

A
D. l. ſi Adrogator. Accurſ. hic gloſ. 1. Iaſon. hic num. 39.

A
Si Adrogator deceſſerit impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decedat, an hæredes Adrogatoris teneātur, & dicendū eſt hæredes quoque reſtituturos, & bona adrogati, & prę̨terea quartam partem.

B
Sed an impuberi Adrogator ſubſtituere poſſit quæritur, & puto non admitti ſubſtitutionem, niſi forte ad quartam ſolum, quam ex bonis eius conſequitur, & hactenus, vt ei vſque ad pubertatem ſubſtituat. l. Patris, & filij. 10. ff de Vulg.

C
§. alio quoque modo inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur, & res vitiatur quoties deuenit ad caſum à quo incipere non potuit. l. pluribus §. & ſi placeat ff de verborum obligationibus

D
Ex quo enim morte Adrogatoris, ſublatū fuit Patriæ poteſtatis impedimentum, deceſſitque Adrogatus, & ſui iuris, & Ciuis Romanus effectus iure Prætorio reſtituuntur bona teſtamento reconualeſcente Pichard. Inſt. §. 1. in interpret. l. ſi Adrogator 22 hoc tit num. 28. Bart. in lect. 1. col. ad medium; & in repet. num. 13. Riminaldus in l. Poſthumo nu 217. C. de Contr. tab. l. Poſthumus ff. de Iniuſto rupto, &c.

D
Poſthumus enim ſi ſe inueniat præteritum rumpit teſtamentum, quod iterum iure Prætorio, morte poſthumi, tanquam ablato obice reconualeſcit.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LV.

*Pater Adrogator non poteſt ſubſtituere filio Adrogato niſi quoad Quartam, quam ex bonis eius conſequitur.*

Liber erat Caius, cum ſeſe tranſtulit vltro
Ad iuga adoptiui Patris [A], prudentia Diui
Sancta Pij voluit ficti genitoris ab Aſſe
Quartam Iure dari [B]; cur in potiora parentis
Aſſurgat manus effictí? Quia fictio in actu
Ficto operatur idem, quod verum in vero [C], at in Aſſe
Legitimus toto genitor diſponit [D]; id ergò
Fictus habet genitor; ſed ſolue; Parentis amantem
Legitimi ardorem, ficto exęquabis amori? [E]
O legum prudens regimen, rebuſquè gerendis,
Aptandiſquè Decus; veri genitoris amori
Omnia confidit legum ſapientia, ficto
Aequum confidiſſe docet; ſat clara videtur
Verum inter, fictumquè Patrem diſcretio; nobis
Ornato Legum Pichardus fulmine fauit. [F]

A

L. fin. C. hoc titulo de adopt. Sueton. in Auguſt. cap. 64. Balduin. in Iuſtin. part. 192. l. 1. & 2. ff. hoc titulo de adopt.

In hoc enim differt Adrogatus ab adoptiuo, quod adoptiuus ſui iuris non eſt, quando adoptatur, Adrogatus autem ſui iuris eſt, & liber, quando ſe dat in adrogationem.

B

L. ſi Adrogator verb. quartam, & verſ. in quarta. tit. eo.

Non ſolum ipſum adrogatorem, ſed & Adrogatoris hæredes quartam reſtituturos, & bona quæ in familiam Patris tranſtulit Adrogatoris.

C

L. filio ff. de lib. & poſthumis.

Idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.

D

L. 2. in princip. ff. de Vulga.

Pater naturalis poteſt ſubſtituere filio in tota hæreditate.

E

Bart. hic nu. 5. Alban. n. 3. Baldus n. 15. Iaſon. num. 33. l. ſed ſi plures ff. de vulgari. Huic pleniſſima moribus conceſſa fuit poteſtas de rebus filij, diſponendi, ob maximum amorem, quo eum proſequitur.

Diuerſus enim amor eſt, qui viget in Patre legitimo naturali, ac qui fingitur in ficto adrogatore.

F

Pichard. hic, & in princ. inſt. de pupill. ſubſt. plena manu congerit, & hic nu. 14 & 36.

MAR-

# MARCELLVS

## In L. ſi pars.

## ff. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

### CONCLVSIO LVI.

*Vbi diſſonæ ſunt ſententiæ pro validitate Teſtamenti, ea præfertur, quæ eſt in fauorem ipſius.*

TEſtamentorum fauor exſuperauerit, Aequi
Regula iuris habet [A], ne fruſtra extrema voluntas
Facta foret, teſtantis opus, Regina voluntas
Quę quondam fuerat, famulabitur? inuida iactet
Spicula auarities, & fulmen inofficioſum
Iuris in officium iaculetur? ſiccine in Aſſe
Diſponat teſtator, & optima Legis imago
Fiat [B]? in ambiguis ſemper teſtatio mentis
Tuta manet; Digeſtorum Marcelle probaſti
In terno libro [C], ſic noſtris Bartolus [D] auſis
Caſtrenſiſque fauent [E], Balduſque [F], & Doctus Iaſon [G].

A — L. in ambiguis l. ſemper in dubijs ff. de Reg. Iuris.

B — Auth. de nupt. §. diſponat.

C — Marcellus Iuriſconſultus in lib. 3. Digeſtorum ex l. ſi pars d. hoc noſtro titulo.

D — Bartolus hic; cuius eſt Summarium noſtri textus.

E — Paul. de Caſtro. hic. nu. 1. ad Secundum.

F — Baldus in l. ſi pars nu. 1. 2. notab. 1. & 2.

G — Iaſon relatus in additione Bartoli. Bart. iterum in l. cum Magiſtratibus C. quando Prou. non eſt neceſſ. vbi extollit textum extenſiuum, vt quod dicitur de iudicantibus intelligatur de teſtibus in l. antepenult. ff. de man.

A — Nõ eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt durent, licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, quoties æquitatem deſiderij, naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperãda eſt. Semper in dubijs benigniora præferenda ſunt.

B — Diſponat teſtator, & fiat lex.

C — Marcellus. Si pars Iudicantium de Inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dedit, &c. Humanius erit ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum Teſtamentum pronunciauit.



Digitized by Google

# PAPINIANVS

## In l. filio qui,

## ff. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

### CONCLVSIO LVII.

*Si filij plures ſint, qui debeant agere de inofficioſo, & vnus duntaxat querelam intentet alteri tacenti non prodeſt.*

Martia cum trino floreret germine[A], Caium
Inſtituit ſolum, exhæredauitque Catillum,
Marcellamquè ſimul; tabulas Aequi arte Catillus
Impetijt, ſubijtquè cupitę commoda libræ
Marcella ducente moras[B]. Prudentia Legum
Diſponit: vigil auxilium, legumquè potentem
Dexteram habet, contra ſi dormiat[C]: vndè Catillus
Non ſibi ſit nocuus vigilanti Iure, nec illam
Deſidię iuuet aſſertæ tabeſquè, lueſquè.
Papiniane faues Auguſti gloria Iuris
In Reſponſorum, quæſitorumque ſecundo.[D]

A
L. filio qui de Inofficioſo teſtam.

B
L. 2. ff. eodem princ. Inſtitution. hoc titulo. l. pupillus l. qui autem §. ſciendum eſt ff. quæ in fraudem credit. l. ſumma 22. l. Debitor 3. verſ. neque enim de ſep.

C
L. non negligentibus ff. ex quibus cauſis Maiores. cap. Vigilanti de Præſcript. l. 1. ff. de vſuc. l. fin. C. de ſeruitutibus, & aqua, cap. 2. de conuerſ. infidelium in fin. Gan. ſi hæreticus 2. q. 7. l. verum de Min.

D
Papinianus in l. filio qui, &c. in lib. 2. Reſponſorum ff. de Inoff. Teſtamento.

A. B.
Filio, qui de Inofficioſo Matris teſtamento contra fratrem inſtitutum de parte ante egit, & obtinuit; filia quæ non egit, aut non obtinuit, in hæreditate legitima fiat i non concurrit.

C
Quia vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt, & iura pro dormientibus facta non ſunt; nec deſidia hominum ſuas res perſequi deſinentium iuuare poteſt.

D
Papinianus, Gloria textus noſtri, quem vbique Iuſtinianus ſummis laudibus extollit.



Digitized by Google

# MARTIANVS

## In l. aduerſùs §. Tutoribus.

## ff. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

### CONCLVSIO LVIII.

*Ex eo quandoquè quis fructum percipere poteſt, quod niſus eſt totis viribus impugnare.*

CVr fructum quis percipiat? fruſtrà orat amicum
Auxilium Legis, qui noxia fulmina Legi
Vibrarit, fruſtraquè illo moderamine gaudet,
Quod ſemper ferijt, quod iniquis læſerit armis [A].
Auguſto placuit tamen auxiliare iuuamen
Tutori præbere, ſui ſi nomine ſolo
Pupilli, teſtamenti, legata gerentis
Se ferat in vires, infirmaque reddat auitis
Extremo in voto defuncti vota Tabellis [B].
Non etenim is patrat in Legem, qui Legis amicum
Exercet munus, propriamquè impendere curam
Ah nimium foret, vltrices ſi Iura ſagittas
Vibrarent contra immeritum [C]. Sic Martius ornat [D].

A

L. iſti quidem. ff. quod metus cauſ. l. ſcimus §. ſi vero poſtquam C. de iure deliber. cap. ex eo de Reg. iur. in 6. cap. quia fruſtra de vſur. l. Papinianus §. Meminiſſe ff. de inoff. teſt. Can. ſi Romanorum 19. diſt. cap. cum olim de Cenſibus Can. quam præpoſterum 13 q. 2. cap præſentium de teſt. l. alia cauſa eſt C. de ijs quibus, vt indignis l. ſi quis ius iurandum C. de rebus cred. l. etiam ff. de inoff.

A

Ex eo non debet quis fructũ capere, quod niſus extitit impugnare; & fruſtra legis implorat auxilium, qui commiſit in legem. §. Meminiſſe autem oportebit eum qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit, & nõ obtinuit, id quod in teſtamento accepit perderet, & id fiſco vindicari quaſi indigno ablatum.

B

Tutoribus pupilli nomine ſine periculo eius, quod eis teſtamento datum eſt, agere poſſe de inoffic. &c.

C

L. ſed ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadm. teſtam. aper. l. cum quidam C. de adminiſtr. tutorum, &c.

Quia nemini debet ſuum officium eſſe damnoſum.

D

Martianus Iuriſconſultus in noſtro textu, &c.



Digitized by Google

# IVLIANVS

## In l. ità vulneratus

## ff. AD LEGEM AQVILIAM.

### CONCLVSIO LIX.

*Apices Iuris non ſunt attendendi, nè delicta remaneant impunita.*

CVm plures per furta trabem, quæ ſorte alienis
Aptabatur agris, rapuiſſent; neſcia cuius
Furtum crimen erat dubitarunt Iura [A], latenſquè
Subtili ratione ſcelus: ſubtilis amicam
Cauſidicus prębebat opem: non vnica lignum
Aſportare manus poterat, non ſingula; crimen
Nulla igitur commiſit atrox; vltricia Iuris
Fulmina cur vibrat Iudex [B]? Quia nempè ſceleſtum
Impunè exarſiſſet opus, ſubtile iuuamen
Nullum erit in Legem; totius noxa caterue eſt?
Tota caterua luat commiſſo in crimine pœnas. [C].

A

Habetur in l. ita vulneratus verſ. cum plures

B

Subtili ratione ideſt de rigore iuris, nec enim ille nec iſte aſportauit, ergo nullus. tamen delicta non debent impunita remanere; l. ſi longius §. 1. de Iudi. l. ſi à Reo §. fin. ff. de fideiuſſor. l. ſi operis C. de pœnis, l. Stychum aut Pamphilum C. de ſoluti. l. qui ſeruum ff de interrogatorijs actionibus l. per omnes C. de defen. Ciui.

C

L. ſi plures de iniur. & omnes inſolidum tenentur, vt l. vulgaris §. pen. ff. de furtis; Tot enim ſunt malèficia, quot perſonæ illa committentes.

A

Cum plures trabem alienā furandi cauſa ſubſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſent.

B

Quamuis ſubtili ratione poſſit dici neminē eorum teneri, quia neminem verum ſit eam ſubſtuliſſe, cum autem neque impunita maleficia eſſe, oporteat, nec facile conſtitui poſſit vter potius lege teneatur.

C

Furti actione omnes teneri exiſtimantur, multa autem iure Ciuili contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## In l. vinum 22.

## ff. DE REBVS CREDITIS SI CERTVM PETATVR

### CONCLVSIO LX.

*Vini mutuo dati æſtimatio ſi aut dies, aut locus ſolutioni dictus eſt, pro diei, lociuè ratione ineunda eſt; ſin minus ad tempus litis conteſtatæ, lociquè vbi petitum eſt pretium reuocanda.*

Mvtua quę dederat, ſpumoſaquè vina, petiuit
Per conteſtatæ litis tutamina Seius [A];
Quæritur hinc cuius valor extet temporis [B]? an cum
Mutua pręſtiterit [C]; vel conteſtata fuiſſet
Cum lis [D]; an liti cum res exempta, ſupremis
Iudicijs deciſa foret [E]? reſponſa Sabinus
Reddidit, appoſita ſi reſtituenda tenentur
Mutua vina die, quanti tunc ritè fuiſſet [F].
Soluendo niſi fixa dies, ſint Iura valoris,
Quanti erat in litem cum primo efferbuit ardor [G].
Prętereà an ſectemur oporteat ipſe rogatus
Naturam pretiumquè loci reſpondit, adacto
Reddendi data vina loco, locus ille valoris
Iura dabit [H]: non appoſito, locus ille Lyęo
Conſtituet pretij vires, vbi litis origo eſt [I].

A

Amplius non petitum eſſe verbum labeo ita accipiebat, ſi iudicio petitũ non eſſet. l. Amplius ff. rem ratam haberi.

G

Quanti cum petitum eſt in Iudicio, vel extra, vel cõgruo loco, & tempore; & non habeat iuſtam cauſam litigandi reus; nam ſi habeat tunc eſt in mora l. ſi ex legati ff. de verb. obligat. l. Mora de vſuris, & l. ſciendum eodem illo titulo; Nec obſtat. l. fin. ff. de tritic. vbi dicit tempus accepti iudicij conſiderari, quia ibi rem ſoluere non valebat; hic vero valet; &c.

A

Vinum quod mutuum datũ erat, per iudicẽ petitum eſt.

B. Quæſitũ eſt cuius temporis ęſtimatio fieret.

C. Vtrum cum datum eſſet.

D. An cum litem conteſtatus fuiſſet.

E. An cum res iudicaretur.

F. Sabinus reſpondit, ſi dictum eſſet, quo tempore redderetur, quanti tunc fuiſſet.

G. Si non; quãti fuiſſet cum petitum eſt.

H. Interrogatus cuius loci pretium ſequi oporteat, reſpondit, ſi conueniſſet, vt certo loco redderetur quanti eo loco eſſet.

I. Si dictum non eſſet, quanti vbi eſſet petitum.

IDEM

# IDEM

## In l. ſi non ſortem §. Libertus ff. DE CONDICTIONE INDEBITI.

### CONCLVSIO LXI.

*Condictio indebiti non datur ei, qui ſoluit id, quod naturaliter tantùm debebat.*

Libertus cum ſeſe operas debere putaret
Patrono, obſequijs ſoluit [A], condicere nunquam
Poſſe illum, erroris vano ſub nomine, libro
Bis quino Digeſtorum Iuliane putaſti [B].
Natura libertus enim, obſequiale tenetur
Patrono prębere decus [C]. Pomponius autem
Paulo teſte probat, quod naturalia vincla
Frangere non poſſunt repetendi Iura [D]; ſuperſtes
Cauſa inhibet naturalis repetenda, fatetur
Vlpius [E]. Opponunt: Pupillus vincula Iuris
Naturę tantum patitur, contraquè catenas
Naturæ repetit [X], cur non repetiſſe iuuabit
Libertum? facili diſſoluit Bartolus aſtu
Oppoſitum [F]; non aſſiſtant, nec Iura reſiſtant
Reppetijſſe nequis: ſi lex armata, catenis
Naturæ obſiſtit, pupillus in arma vocatur:
Naturæ frangetur opus, repetetquè ſolutum.
Pręthereà dotem pietatis amore ſolutam
Reppetijſſe vetat [G]; paribus damnantur ab aſtris
Et ſerui, & Domini; Dominus ſi ſoluerit illis,
Non repetiſſe iuuet [H]: paria ergo vincula Iuris.

A. B. C. L. ſi non ſortem §. libertus de condict. indebiti.

D. L. Naturaliter ff. de Cond. indeb. ibi. Paulus, & Pomponius.

E. Vlpianus in l. 3. §. vltimo ff. quod quiſque Iur. in alium transf.

X. L. quod pupillus de Condict. indebit. Pupillus contra obligationem naturalem, qua ſola ligatur, repetit.

F. Bartol. in l. ſi nõ ſortem §. libertus; ſoluit dicẽs, quod ſi nec aſſiſtant nec reſiſtant leges pupillus nõ repetit, ſi vero lex aſſiſtat, & reſiſtat, repetit.

G. L. cum is §. ſi mea ff. de condict. indebiti.

H. L. ſi quod Dominus ff. de condict. indeb.

A. Libertus, cum ſe putaret Patrono operas debere ſoluit.

B. Condicere eum non poſſe, quamuis putãs ſe obligatum ſoluit, Iulianus libro decimo Digeſtorum ſcribit.

C. Natura enim operas Patrono libertus debet.

D. Repetendi autem ius, naturalia vincula non rumpit, & naturalis obligatio impedit, repetitionem ſoluti; ibi ex peculio repeti nõ poterit.

E. Ibi ſupereſſe enim naturalem cauſam, quę repetitionem inhiberet.

# APHRICANVS

## In l. frater à fratre 38.

## ff. DE CONDICTIONE INDEBITI.

### CONCLVSIO LXII.

*Naturalis obligatio contracta inter fratres in poteſtate eiuſdem Patris exiſtentes, extinguitur per ſucceſſionem.*

Difficilem canimus, fraterna in prælia, textum,
Cognataſquè acies, & rupto fœdere fratrum
Certatum Iuris concuſſi viribus; illi
Naturale nocet, fratris de iure, ligamen,
Huic nocet indemnis condictio; & obuia telis
Tela, pares textus, & Iura minantia Iuri.
Mutua Simplicio fratri centum aurea frater
Præſtiterat Caius; (genitoris vtriquè poteſtas
Eiuſdem fuerat); Caio poſt funera Patris
Simplicius ſoluit [A]: quęro, an repetiſſe iuuaret? [B],
Reſpondit, pro parte ſua, genitoris in aſſem
Qua venit, hanc repetat [C]; fratris pro parte iuuaret
Reppetijſſe etiam, ſi profectitia Caio
Commoda Simplicij ſoluiſſent Iura [D], catenam
Naturalem etenim rumpi, quæ Iure fuiſſet
Certum eſt, cum partem fraterna peculia fratri
Præſtiterint [E]; noſtris aſſentit Bartolus auſis [F]
Baldus [G], Iaſon habet [H], Caſtrenſi Prælia Paulo
Accendiſſe placet, fraterna in pace perempta. [I]

A
Adeo vt ſi prælegatum filio, eidemque debitori fuiſſet, deductio huius debiti à fratre ex eo fieret, idque maximè conſequens eſſe ei ſententiæ, quam Iulianus probaret;

B
Scilicet ex condictione indebiti.

C
Pro parte qua hæres fuit debitor.

D
L. ſi ab ea C. de negotijs geſtis,

E
Scilicet ex diuiſione.

F
Bart. in hac leg. noſtra per totã, & in addition.

G
Baldus in eadẽ lege per totam,

H
Iaſon in d. l. frater à fratre per totam.

I
Paulus de Caſtro optime in d noſtro textu, &c. Hic etiam in manuſcrip. eruditiſſimus Dominus meus Felix Monachus I. V. Doctor. & in Sapien. Rom. Veſpertinæ Canonicæ Profeſſor.

A
Frater à fratre, cum in eiuſdem Patris poteſtate eſſent, pecuniam mutuatus, poſt mortẽ Patris ei ſoluit.

B
Quæſitum eſt, an repetere poſſit.

C
Reſpondit vtique quidẽ pro ea parte, qua ipſe hęres Patri extitiſſet, repetiturum.

D
Pro ea vero, qua frater hæres extiterit ita repetiturum, ſi non minus ex peculio ſuo ad fratrem perueniſſet.

E
Naturalem enim obligationem, quæ fuiſſet hoc ipſo ſublatam videri, quod peculij partem frater ſit conſecutus,

CEL-

# CELSVS

## In l. ſi Patre cogente

## ff. DE RITV NVPTIARVM.

### CONCLVSIO LXIII.

*Matrimonium factum propter metum reuerentialem, non valet.*

DVplex eſto metus: quorum Grauis eminet alter,
Qui cadit in cōſtantē hominē: Leuis emicat alter
Qui ſuper inconſtantem hominem cadit. Ille coërcet
Arbitrium vinclis, & dura compede vincit.
At leuis in vultu ſolùm terretque, fugatque
Arbitrij vires, ſed non conſtringit. Ab illo
Coniugij celebrata cadunt monimenta coacti.
Non metui vis tanta leui eſt. Reuerentia Patris
In Conſtantem hominē metus eſt, qui concidit: ergò
Coniugium patrio factum ſub fulmine nullum eſt. [A]
Nec Celſus minitante Theſim cum lege reſtringit,
Nam metus iſte leuis: ratio eſt quia LEX SI PATRE
Antiquo de iure fuit, quo nempè Parentes
Ius necis, & vitæ natorum in viſcera habebant. [B]
At nunc ſola leuis, ſed iuſta coërtio Patri
Competit: & fruſtrà reuerentia Patris adurget
Arbitrij vires; ſic Nos Bonacina tuetur. [C]
Egregijſque Manuſcriptis felicius ornat
Illuſtris Felix Monachus, ſapienſquè Profeſſor. [D]

A. Sanches lib. 4. diſp. 4. Leſſ. lib. 2. Cap. 17. dub. 6. Rebell. lib. 2. q. 9. nu. 3. Henriques lib. 11. cap. 9. n. 5. Gutterres num. 16. Coninch diſput. 28. dub. 2. nu. 36. cap. veniens 1. de ſpōſal. & cap. 2. de eo qui dux. in matr.

B. Gellius noct. atticar. lib. 5. cap. 19. ibi lex 12. tab. Velitis. Iubeatis. Quiritis. Vti. Lucius. Valerius. Lucio. Titio. tam. Iure. Lege. Q. filius. ſibi. Siet. Quam. Si. Ex. Patre. Matre. Q. familias. Eiuſ. Natus. eſſet. Vti. Q. ei. Vitæ. Necis. Q. in. eo. Poteſtas. Siet. Vti. Patri. Endo. filio. eſt. Hæc. Vti. dixi Ita. Vos. Quirites. rogo.

C. Bonac. in quæſt. 3. de matr. punct. 8. à num. 1. vſque ad octauum.

D. Profeſſor in Archigymnaſio Rō. Veſpert. Canō.

A. Metus eſt duplex hic per Doctores. Primus dicitur metus cadens in conſtantem virum, ſiue grauis, & probabilis. Secundus eſt metus cadēs in incōſtantem virum, ſiue leuis, & improbabilis. primo cū metu factum matrimonium irritatur, ſecundo cum metu non irritatur.

B. De iure enim antiquo Pater habebat ius vitæ, Neciſque in filium ſuum.

C. Quæ ſupra diximus ad litteram A. dicta ſunt à Bonacina.

D. Intellectus ad iſtam legem eſt ornatus feliciſſime à Domino Felice Monacho, &c.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## In l. ſi conſtante

## ff. SOLVTO MATRIMONIO.

## CONCLVSIO LXIV.

*Mulieri, marito ad inopiam vergente, competit dotis exactio, etiam matrimonio ſubſiſtente.*

Coniugio conſtante inopem ſi fortè maritum
Sentiat, & ſolitas, optet vibrare ſagittas
Vxor [A], principij vires exactio Dotis
Vndè trahet? certi dotem quo temporis hauſtu
Exegiſſe iuuet [B]? Dotis ſua fulmina iactet
Fœmina, vbi propriæ clariſſima ſigna maritus
Paupertatis habet [C], Iuri, ſibi quemque periclis
Conſuluiſſe placet, ſic Mennam Iuſtinianus
Pręfectum alloquitur [D], concordat Papinianus. [E]

A. B. C.

Vbi adhuc matrimonio conſtituto maritus ad inopiam ſit deductus, & mulier ſibi proſpicere velit, & res, quas ſibi ſuppoſitas pro dote nouit; non tantum mariti res ei tenenti, & ſuper his ad Iudicium vocatæ exceptionis præſidium ad expellendũ ab Hypotheca ſecundum creditorem præſtamus.

A

Si conſtante matrimonio propter inopiã Mariti mulier agere volet.

B

Vnde exactionem Dotis initium accipere ponemus?

C

Et conſtat exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentiſſimè apparuerit, facultates mariti, ad Dotis exactionem non ſufficere.

D

In l. vbi adhuc ſupra expoſita C. de Iure Dotium.

D

Iuſtinianus Mennæ Præfecto Prætorio.

E

Papinianus in l. ſeruum dotalem ff. de Manumiſſionibus, &c.

E

Papinianus ait. Virum, qui ſoluendo eſt poſſe ſeruum manumittere dotalem; ſecus dicit, ſi non ſit ſoluendo.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXV.

*Marito, qui poſt reſtitutam, propter inopiam, mulieri dotem diues efficitur, debet mulier dotem reſtituere.*

AVxilium legis cauſa durante vigeret,
Non verò ſi cauſa perit [A]; periuria Chriſtus
Non patitur [B], curam, cum non adiuuerit, arcet
Prodigus, & furijs furioſus mente remotis
Tutorem remouet, [C] tutelam Gazza remouit
Exilis, Gangem ſi forſitan hauſit Eoum,
Vel ſi Migdoniam ſitiens bibit Amphitriten
Tutelam ſubeat [D]: ceſſat muliebribus omne
Diuitijs damnum Gazza adueniente marito,
Effectus igitur ceſſent: ſic nos Aretinus
Edocet [E], & Sophiæ Princeps [F], doctuſque Suares [G].

A Tiraquel. in l. ſi vnquam n. 166. & 167. verbo. Suſceperit liberos C. de reuoc. don.

B Cap. & ſi Chriſtus de iure iur.

C L. 1. ff. de Curat. furioſ.

D L. cura §. deficientium ff. de Muneribus, & Honoribus.

E Aretin. in l. pluribus §. & ſi placeat ff. de V. ob.

F. Ariſtoteles 2. Phiſicorum.

G. Suares Metaphiſ. tom. 1. de Conſeruat. diſp. 21. ſect. 3. num. 25. littera. C. Dominus Carolus Seluaghus in l. ſi conſtante nu. 9.

A Deficiente cauſa, effectum deficere dicēdum eſt.

B Chriſtus periurium non patitur, nec iuramētum, vbi cauſa iurandi amplius non eſt.

C Et tandiu erunt ambo in curatione, quandiu, vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit; quod ſi euenerit, ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate curatorum.

D Pauper à tutela excuſatur, ſed ſi diues efficiatur (ablata ſcilicet cauſa paupertatis) tutelam ſubeat.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## Ex l. ſi quis à liberis

## ff. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

## CONCLVSIO LXVI.

*Pro alimentis, quæ debentur à Patre filijs, & è contrà, Iudicis officium intercedit.*



IVdicis officium natoque alimenta, Patriquè
Diſtribuit, quod Naturalis præcipit ardor
Iudex expediat, concertatoria deſint
Fulmina, & æqua bono via ſumitur [A]: inclyta Diui
Germani capita illuſtrant [B], Diuuſquè ſeuerus,
Atque Antoninus, Iuſtiſſima iuſſa dedere; [C]
Si Iudex qui vera foro mandata tuliſſet,
Et qui Iudicio tibi competat, eſſe Marillum
Progeniem Marci cognoſcat, alendaquè prolès
Illa ſit, officium implores, Iudexquè alimenta
Prębebit, Marci pro commoditate bonorum.

A
L. ſi quis à liberis ali deſideret vel liberi, vt à parente exhibeantur, Iudex de ea re cognoſcat. & cum ex æquitate hæc res deſcendat, charitateque ſanguinis, ſingulorum deſiderium perpēdere Iudici oportebit. l. 1. & 2. C. de al. lib.

B
Diui fratres in l. 3. C. de alendis lib.

C
Impp. Seūerus, & Antoninus expreſsè in l. Patrem C. de alendis liberis.

A
Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere iuſtum eſt.

B
Competens Iudex à filio te ali iubebit ſi in ea facultate eſt, vt tibi alimenta præſtare poſſit.

C
Si competenti Iudici, eum quem, ex M. enixam eſſe dicis, filium eius eſſe probaueris, alimenta ei pro modo facultatum præſtari iubebit.

POM-

# POMPONIVS

## Ex l. cum ſemel 5.

## ff. DE TVTELIS.

### CONCLVSIO LXVII.

*In eadem cauſa dato vno curatore alter dari non poteſt, quamuis idem ad duas cauſas dari poſſit.*

CVm ſemel in litem tali Tutore petito
Seu Curatore, aduenit, quo tempore primus
Durat, in officium litis potuiſſe vocari
Curatorem alium negat hic Pomponius [A]; & ſi
Aduerſus Seium Titius Curator habetur;
Cauſam aliam ſubijſſe poteſt, cauſiſque duabus
Tutorum perſæpè locum ſubijſſe duorum [B].
Nec contra opponunt SI QVIS CUM LEGE, ſupremo
Quod textu Iulianus [C] ait, Digeſta vbi LIBRO
Diſponunt TRINO, TRINO TITVLOQVE [D]; reſolues
Hoc etenim gloſa verbo VETVISSE VIDERI [E].

A
L. cum ſemel ff. de tutelis.

B. C.
In l, ſi quis cum §. Iulianus ait. ff. de Procuratoribus ibi Iulianus autem ait, eum qui dedit diuerſis tẽporibus Procuratores duos poſteriorẽ dando, priorem prohibuiſſe videri.

D
Habetur hæc lex in lib. 3. Digeſtorum 3. tit. de Procurat.

E. Gloſ. ſoluit in l. ſi quis cum §. Iulianus ait verſ. Prohibuiſſe videri.

A
Cum ſemel petitus eſt talis Curator, quandiu is Curator manet, alius in eandem litem Curator peti non poteſt.

B
Et ſi Titius v. g. aduerſus Seiũ Curator petitus ſit, idẽ Titius & aduerſus alium tutor eſſe poterit, vt ex diuerſis cauſis vnus duorũ Curatorum locum obtineat, quod quidem, & aduerſus eundem accidet, ſi in diuerſas lites, & in diuerſis temporibus idem petatur.

HEREN-

# HERENNIVS

## Ex l. 2. §. Remittit.

## ff. DE EXCVS. TVTORVM.

### CONCLVSIO LXVIII.

*Filij adoptiui, Patrem, in cuius Poteſtate ſunt, non excuſant à tutela.*

Caius adoptiui ſubijt, qui iura parentis,
Legitimos inter numeratur ab arte nepotes [A],
Legitimis excuſat onus Lex noſtra? videtur
Aptus adoptiuus tutelam arcere. [B] quid ergo
Iuriſconſultus neget hoc? nec Herennius vllo
Diſtinxit verbo, quod naturalia ſolum
Legitimo producta thoro dent germina tanti
Libertatem, oneris; Quid nos diſtinguimus? apte.
Sed reſpondemus; quod natus dicitur almæ
Legis, Adoptiuus, quod Lege parente ſuperbit
Legitimum voluere Patres [C]. opponitur autem
Legitimo naturali, quem textus obumbrat.
Nam de Legitimo quoties diſponimus, vltro
Legitimus naturalis, non fictus amico
Gaudet prẹſidio; nec dicas fictum operari
In Caſu ficto quod verum in vero, & acutè [D].
Hic etenim eſt caſus verus, nec fictio tendat
Ambitioſa manus in amantis commoda Iuris.

A.
L. penult. C. de adoptionib. ibi maneat ſtabile Ius Patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo conſtrictum.

B
Argumentor à noſtro textu ibi legitimos autem liberos eſſe oportet omnes, & ſi nõ ſint in poteſtate. Sed adoptiui ſunt legitimi ideſt filij legis, ergo & ipſi excuſabunt à tut.

C
§. 1. in fin §. minus inſti. de hẹreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur; dicitur adoptiuus filius legis; & ſolue ſubtiliter expendendo textum noſtrum ibi legitimos autem liberos oportet eſſe, etſi non ſint in poteſtate; ſed filij adoptiui non ſunt adoptiui, nec legis filij cum non ſunt in poteſtate, ergo non loquitur de his legitimis textus, quod patet in l. pen. C. de adopt. ibi tanta fragilitas eſt adoptionis, vt poſſit in ipſo die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inueniri.

D. L. filio ff. de liberis, & poſthumis.

A.
Omnia igitur (ſecundũ, quod iam diſpoſuimus cum ad extraneum Patrem filius per adoptionẽ trãsfertur) maneant integra Iura ſiue ad inofficioſi querelam, ſiue ad alias omnes ſucceſſiones, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, quæ LIBERIS deferuntur; vt & ipſe poſſit prodeſſe Patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si vero Pater naturalis Auo materno filij ſui, vel ſi ipſe fuerit emancipatus etiam Auo Paterno, vel Materno filium ſuum dederit in adoptionem, in hoc caſu, &c. & infra lex per adoptionem aſſignauit. l. pen. C. de adoption.

B
Ibi legitimos liberos oportet eſſe.

C
Legis filius dicitur adoptiuus.

D
Idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.



Digitized by Google

# MODESTINVS

Ex l. ſi duas §. Philoſophi ff. de excuſ. Tut.

## CONCLVSIO LXIX.

*Philoſophi, & reliqui veram ſtudijs operam nauantes à tutela excuſantur.*

Pallas ades tutrix, Sophiæque edocta palæſtris
Noſce palæſtritas; paucis Sapientia fibris
Inſidet; expone hic doctos Tritonia natos.
Audior, En Sophiæ faſtus Ioue Nata recludit.
Pontificum videa, vt Iura Illuſtriſſimus Vrbis
DE RVBEIS honor exornet A; PALAMOLAQVE Iuri
Iura det B, & FELIX MONACHVS felicibus ornet
Pontificum decreta armis C; SELVAGVS D in altum
Progreditur legum Pelagus, CARPANVS E in altum.
Hic hic, Threijcio ſacra Marmora Numine complet
Idæis Lyra nata iugis, atauiſque ſuperba
Pluſquam Biſtonijs, ſacris concentibus auras
Romanas, Claria CAPISVCCHI è Mente, coronat F.
Cernis, vt eloquium ſacro è Dictamine ſpargit
SPARSA Nauarræi celeberrima gloria Regni G?
Huic non Poſterior ſama, nec munere, LVSVS
FRANCISCVS MACEDO, Hæreſeos montana petentis
Monſtra fugat telis, alato & milite H; Gallos
DVNELLVS ſama decorat I, Ligureſque BONINVS L,
Hinc Naturalis Sophiæ IATTINVS Honores
Explicat M, & Laurus LAVRIA recolligit ingens
Relligionis honor N, CORRADVS O, PALLAVICINVS P;
Ille tuus quondam Logicæ, Sophiæque profeſſor;
Aſt hic Purpurei ſucceſſor nomine Patris.
Hic hic Delicium Muſarum, atque inclyta Pindi
Inter adoratos PETRVCCIA gloria cantus
Emicat Q, Hic qua famoſum vectigal aquarum
Tyrrheno dat Macra Ioui, modulamine Cygnus
Aonio, Sacri cui Iura FAVORIS obumbrant
Nomen, & auſpicium, Latij ſub Amore TONANTIS
Mulcebit Tyberim: hic doctus qui mellea LOTTVS
Carmina conſignat R; BOVIVS S, BALDINVS T, vterque
Phœbi oculi; Maiorque vlla ſtat laude MACEDO V.
Cyrrheos ſileant ſed Roſtra loquacia faſtus,
Externi ſileant, Maior mihi naſcitur Heros
Muſarum HIC IVVENILIS HONOS, Pindique SACERDOS
Plectri delitiæ, Famæ Tuba, Gloria, SENIS
MONTIBVS Inſignis, nitet inter SIDERA Clarus
PHILOMATVS, fidiumque Orbem dulcedine mulcet.
Hos ergo excipiamus ait Tutoris ab arte,
Quorum ſorte polus, gaudet moderamine mundus.

A. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. de Rubeis.
B. Dominus Ioſeph Palamola.
C. Dominus Felix Monachus.
D. Dō. Carolus Seluaghus.
E. Dominus Ioſeph Carpanus.
F. Reuerendiſſimus P. Fr. Raymundus Capiſucchus ord. Prædic.
G. Reuer. Admod. Pater Dom. meus, & olim Profeſſor, Marcianus Sparſa Soc. Ieſ.
H. Reuer. Admod. P. Fr. Franciſcus à S. Auguſtino Macedo Luſitanus Seraphicæ Familiæ.
I. Reuer. Admod. P. Franciſcus Dunellus Gallus Soc. Ieſ.
L. Perill. D. Philippus Maria Boninus Ligur.
M. Reuer. Admod. P. Ioannes Baptiſta Iattinus Societat. Ieſ.
N. Reuer. Admod. P. Laurentius Braccatus à Lauria Minorita.
O. Reuer. P. Corradus Confalonerius Soc. Ieſ.
P. Reuer. P. Philippus Maria Pallauicinus Soc. Ieſ.
Q. Reuer. Admod. P. Hieronymus Petruccius Soc. Ieſu.
R. Perilluſtris Dominus Ioannes Lottus.
S. Reuerendus P. Carolus Bouius Societ. Ieſ.
T. Perilluſtris Dominus Sebaſtianus Baldinus.
V. Idem Reuer. P. Macedo.

A. Sacræ Conſiſtorialis Auſæ & Fiſcalis Aduocatus.
B. Primariæ matutinæ Canonicæ Profeſſor.
C. Veſpertinæ Canonicæ Profeſſor.
D. Pandectarũ Profeſſor.
E. Primariæ Ciuilis Profeſſor.
F. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.
G. Sacræ Theologiæ Profeſſor.
H. Controuerſiarũ Lector in Collegio de Propag. fide.
I. Galliæ in Societate Reuiſor.
L. A Conſilijs, Concionibus, & Eleemoſynis Regis Chriſtianiſſimi.
M. Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Profeſſor, & ſtudijs altioribus in Gregoriano Collegio Præfectus.
N. Philoſophiæ & S.Theol. Profeſſor in ſapientia Romana.
O. Philoſophiæ olim Profeſſor in Gregoriano Collegio.
P. Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Profeſſor in eodem Collegio.
Q. Vnicus eruditionis, & Ciceronianæ eloquentiæ theſaurus.
R. Muſarum Delicium, Apollinis Ocellus.
S. Theorices in Gregoriano Collegio Profeſſor.
T. Eruditus tum Latina, tum Italica Muſa vir.
V. Eloquentiæ Magiſter, Muſarum Apollo.



Digitized by Google

# IVLIANVS

## Ex l. ſi ità ſcriptum

## ff. DE LIBERIS, ET POSTH.

## CONCLVSIO LXX.

*In vltimis voluntatibus prouiſio Teſtatoris in vno caſu adiecto, eſt veriſimiliter coniecturanda in caſibus non adiectis.*

SI ſic, qui grauidam Vxorem Marcelle relinquis
Teſteris [A], ſi Progenies mihi maſcula fortè
Naſcetur, natum hæredem do in Beſſe, [B] Trienteque
In reliquo vxorem [C]: ſi verò nata, Trientem
Hęc habeat, reliquumquè Vxor [D]; ſed caſus vterque
Contigit, & partu vir, fœminaque editur vno [E].
Dicendum eſt: Aſſem in ſeptem reſcindere partes
Conuenit; [F] vndè Triens nato, ſextanſquè parenti
Conueniunt, natę datur Vncia ſola puellę; [G]
Sic etenim Teſtantis amor diſponit, vt Vxor
Dimidium nati, mediumque Vxoris haberet
Filia [H]; nam quamuis ſubtilis regula Iuris
Prouideat ruptum Teſtamentum eſſe [I], Parentis
Teſtantis tamen extremum fuit iſta voluntas,
Filium vtrumque aliquid cepiſſe Parentis ab Aſſe,
Vxoremque etiam [L], crudelem humana rigorem
Vincit, & indulgens conceſſio [M], noſtra probauit
Celſus vota [N] Patrumq; choro, Monachoq; fauente [O]

A. Si ita ſcriptum ſit.

B. Si mihi filius natus fuerit ex Beſſe hæres eſto.

C. Ex reliqua parte Vxor mea hæres eſto.

D. Si vero filia mihi nata fuerit, ex Triente hæres eſto; ex reliqua parte Vxor hæres eſto.

E. Et filius, & filia nati eſſent.

F. Dicendum eſt Aſſem diſtribuendum in ſeptem partes.

G. Vt ex his filius quatuor, Vxor duas, filia vnam habeat.

H. Ita enim ſecundum voluntatem teſtantis filius altero tanto amplius habebit, quam vxor, item vxor altero tanto amplius habebit quam filia.

I. Licet enim ſubtilis Iuris regulæ conueniebat ruptum fieri teſtamentum, &c. quaſi hic caſus eſſet omiſſus, vt in l. Commodiſſimè ff. eod.

L. Tamen cum, & vtroque nato teſtator voluerit vxorem aliquid habere l. fin. §. fin. & §. hoc procul dubio C. de Bon. quæ lib.

M. Ideo ad huiuſmodi ſententiā humanitate ſuggerente decurſū eſt. quod & Iuuētio Celſo apertiſſime placuit. l. ſi extraneus ff. de condi. ob cauſam.

N. In textu dicitur placuiſſe Iuuentio Celſo.

O. Fauent Parmatiei hic, & Dominus Felix Monacus Veſpert. Canon. Profeſſor, &c.

SCAE

# SCAEVOLA

## Ex l. Gallus Aquilius

## ff. DE LIBERIS, ET POSTHVM.

### CONCLVSIO LXXI.

*Auus viuente filio poteſt inſtituere Poſthumum Nepotem in formula Galli.*

AMbitioſa ſuos volucris criſtata volatus
Explicat, & noctem, tegitur qua Poſthumus, arcet,
Exornatque diem, noctem factura diurnam,
Nocturnamque diem; luci miſcere tenebras
Gaudet, & obſtructas, diſſoluere luce tenebras.
Hinc quia Phœbeos Aquila præſtantior ortus
Scrutatur, volucris ſibi nomen Aquillia ſumpſit.
Vnde tamen tantus terror? perquè oſſa vagatur
Vnde tremor? Doctos tetegunt tenebroſa Senatus
Nubila, & ingenijs dudum conſueta vetuſtis
Nox, agit in Latias tenebroſa pericula luces?
Nec mirum, terret volucris criſtata Leones [A].
Pro nobis cecinit Gallus [B], forteſque Leones
Terruit, hinc Galli ſequitur modulamina Paulus [C],
Vlpius aſſentit [D]: melius ratione probatur.
Fingite: in Eliſias migrauerit impiger oras
Filius, agnaſci ſi contigit vſque nepotem,
Et ſe præteritum inueniat, teſtatio mentis
Nulla foret, tabulas forti petet Ariete [E]: vt omnes
Edocuere Patres [F], queis Princeps Bartholus eſto [G].

A Plin. lib. 8 cap. 16.

B Noſter textus in l. Gallus Aquilius.

C Paulus ita loquitur, & obtinuit ſententia Galli alienos quoque poſthumos legitimos nobis hæredes fieri.

D Vlpian. ait, ſed & eius, qui non dum natus eſt fideicommitti poſſe, ſi modo, natus poſthumus nobis ſucceſſurus ſit.

E Ibi ſecundum tamen gradum vitiari placet; & infra; non poſſe ſubſtitutos adire; & infra., ad legitimos eam pertinere; & in l. poſthuma; ibi rumpit teſtamentum.

A Leonibus Gallos eſſe terrori auctor eſt Plinius.

B Gallus Aquilius in princ. ibi ſic poſſe poſthumos nepotes induxit inſtitui, ſi filius meus viuo me morietur tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue, quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus natæue erit, hæredes ſunto.

C Paulus in l. pé. ff. de legatis. 1.

D Vlpianus in l. 1. §. pen. verſ. ſi modo de legatis 3.

E L. ſi Poſthumus l. Poſthuma ff. eod.

F Iaſon, & Baldus in l. Poſthuma, & in noſtra lege in principio, &c.

F Paulus de Caſtro in noſtra lege, & in l. Poſthuma in principio.

G Bartolus, cui accedit in hac l. noſtra D. Felix Monachus in ſuis Manuſcriptis Concluſ. 1.

G Bartolus Anteſignanus noſter in princ. hic.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXII.

*Poſthumus alienus Iure Ciuili antè Iuſtinianum inſtitui hæres non poterat.*

IVra probant: olim fruſtrà Legata petebat.
Poſthumus [A], in Libram nequidquã, Aſſiſq; vocatur
Iura Nepos [B], Gallus, Velleia Lex, Iulianus
Cur varios ſtruxere modos [C]? quò machina rerum
Tanta parabatur, ſi Poſthumus ante alienus
Iura habuit? quod non potuit ſibi quęrere Iuris
Non Ens [D]; conſtituat Legem in contraria Doctor [E].
Non obſtat, quod Iura habuit [F]; Prætoribus olim
Ius quoquè conceſſũ fuerat [G], quod Martius obſtet [H],
Et Caius pugnet [I], fideicommiſſa fatemur
Accepiſſe nepos potuit tibi Poſthumus; æqui
Nam fideicommiſſorum regit Arbitra, vires [L].
Obijciat Labeo, Iabolenus in arma nepotem
Conuocet, & ſeruum ipſius pro hærede nepotis
Conſtituat [M]; ſeruos Aſſis iurata iacentis
Pondera poſſideant [N], etenim non Poſthumus, ortus
Ante diem hæredes habeat [O], libraquè iacentis
Hęredes ſunto; Ergò per contraria, nullum
Argumenta, ferent pretium, date brachia victi;
Huc vſque egregium Gallum cecinisse iuuabit.

A. §. Poſthumo Inſt. de legatis.
B. In princ. inſtit. de Bonor. Poſſ.
C. L. gallus cum ſuis §. §.
D. L. gallus §. ille caſus indifficilis.
E. Ironicè.
F. §. Poſthumus Inſtitutionibus de legatis l. Poſthumus 6. verſ. quia ff. de inoff. teſt. l. extraneo ff. de ventre in poſſ. mitt. in l. 3. ff de Bon. poſſ. ſec. tabul. in l. filius fam. 16. ff. de teſtam. l. Titio 25. §. Lucius ff. eodem l. ſubſtitui 17. ff. de vulgari.
G. Princ. inſt. de Bonorum Poſſeſſionibus.
H. In l. vel ex parte ff. de reb. dub.
I. L. Quidam relegatus l. vtrum ff. de reb. dub.
L. D. l. quidam relegatus cum ſeqq.
M. Iabol. in l. eius ſeruum ff. de hæred. inſtit.
N. §. Seruus inſt. de hæred. inſt.
O. L. Antiqui ff ſi pars hęred. petatur. Hęc egregiè in Manuſcriptis D Felix Monachus I. V. Doctor. in repetit. l. Gallus in principio, &c.

A. Ibi ciuiliter antea legabatur.
B. Ibi quamuis hæreditatem de iure Ciuili adire non poterat, cum inſtitutio non valebat.
C. Gallus, lex Velleia, & Iulianus varias formulas excogitauere.
D. Ibi, quod nullo iure poterat, qui non dum natus erat.
E. Ideſt obijciant Doctores.
F. In §. Poſthumus ibi, & antea poterat; & in cæteris textibus videtur contrariũ noſtræ Concluſionis probari; namque, & poſthumus alienus eſt capax ſucceſſionis, & hæreditatis ab inteſtato tam ſecundum leges 12. tab. quam ſecundum noſtras, & quam de iure prętorio.
G. Ibi videlicet cum à Prætore adiuuabatur.
H. Martianus obſtat dicendo. Vel ex parte te, & ex parte Poſthumum hęredem inſtituiſſet.
I. Ibi Caius ſi tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno hæreditatem reſtituere Quis rogauerit.
L. Quia fideicommiſſa de æquitatę procedunt.
M. Iabol. & Labeo Iuriſconſulti.
N. Nondum enim adita hæreditas perſonę vicem gerit, non futuri hæredis.
O. Poſthumo reſeruantur iura ad diem Natiuitatis.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## Ex Rubrica

## ff. ff. DE LEGATIS I.

### CONCLVSIO LXXIII.

*Legatum eſt Delibratio, ſeù Delibatio Hæreditatis; vtramquè vocem admittendam eſſe defendimus, redarguendò illos, qui dicunt deliberationem.*

TEſtamentorum vires Legata tenebant
De Duodenalis Tabulæ moderamine [A]; ſola
Libra Teſtamenta, Vrbis de more vigebant [B].
Antiquos etenim contractus cuncta latebant
Iura, niſi quod venditor, emptor ſolus in Orbe
Romano contractus erat: quin omnia Iuris
Munera, per libram Duodenæ Iura Tabellæ
Iuſſerunt fieri, Libram comitante metallo [C].
Sic cum Iuris inops proprij, moderamina patris
Natus Adoptiui ſubit emptus in ære, & Libra [D],
Venditor hinc Teſtator erat, ſucceſſor & emptor
Ficta ferebantur per inanis ludicra formę
Verba: negabatur ſurdo teſtatio mentis
Vltima [E], cum emptoris non ebibat aure loquelas [F].
Prętereà rerum ſucceſſio Libra vocatur [G].
Hinc teſtamentum Libratio dicitur: illud
Sed quia Legatum delibrat, & execat, olli
Libras delibrare, & delibare licebit.
Hæredem inſtituit cum quis, deliberat illi
Libram aſſeruare, aut legat, deliberat: ergò
Legatum, hęrediſquè vocatio confunduntur.

A. De lege duodecim tabularum.

B Briſon. lib. 1. c. 7. Roſin. lib. 8. antiq. Rom. in 3. p. explicationis legum duodecim tabularũ §. 12. P. Gregorius 3. p. Syntagm. Iu. Vniu. lib. 41. c. 3.

C Caius lib. 1. Inſtit. cap. 6. Aul. gell. noct. Atticarum lib. 15. cap. 27. Anton. Pichard. in §. teſtamẽtum in princ. de teſt. ordin. Inſtitut.

D L. cum Adrogator 12. ff. de adopt. & eman. cip. ibi Pichard. in nu. 5. & in §. Præterea Inſt. quib. modis ius Patriæ poteſtatis ſoluitur.

E L. 1. ff. de teſtamentis.

F Vlpianus titulo 20.

G §. hæreditas Inſtit. de hęredibus Inſtit.

A. Legata de leg. 12 tabul. Ius teſtamenti habebant.

B Ita ait lex 12. tab. Qui. Se. Sierit. teſtarier. liberipens. Ve. fuerit. Ni. teſtimonium. fariatur. Imarabys; inteſtabilis. Q. eſto.

C Omnes autem contractus per æs, & libram fiebant.

D Lex duod. tab. Sic ait. Hunc. ego. hominem. ex. Iure. Quiritum. meum. eſſe. aio. iſte. mihi. emptus, eſt. hoc. ære. ænea. Q. libra.

E Teſtator ideſt Pater, ſiuè alius erat venditor vendebatur autem filius præſente libripente libram, & æs gerente, Patri fiduciario.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXIV.

*Legatum eſt Donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.*

PRodiga ſe pandit Donatio: certa voluntas
Libera donandi, generi ſe ſubijcit [A]; illam
Lucratiua iuuat ſpecies, mandatus adiuit
Aſſis [B] onus, damnum ſi ſenſerit, impigra vibret
Fulmina damnati: Legatum iuſſus adire eſt,
Non vibret [C]; hinc veſtemq; Trebatius antè paratam
Deneget Idaliæ, Vxoris ſine nomine, alumnæ,
Concedit Labeo [D]; eſt ergò Donatio quędam,
Legatum tamen hòc differt, moriente relinqui
A Teſtante; quater centum volo Pamphila nummos
Auratos habeat, qui dixerit, ille ſuprema
Legatum ſub voce creat; [E] mihi Statius hæres,
Semprono teſtante dabit Legata [F]; fatemur
Prętereà hæredis nobis dare commoda dextram;
Marcellus damnatus erit dare [G], Statius hæres
Fundi olli Legata dato [H], centena dabuntur
Aurea ab hæredis manibus [I]; prętabit & ille,
Illeue Legatum Seio [L], meus eroget hęres
Ampliùs hunc fundum, ſi littora puppis, Eous
Qua colitur Ganges, Tybridis mutarit in oras [M].

A. B.
As dicitur hæreditas.

C
L. ſi hæreditatē 32. §. 1. ff. mandati.

D
L. Qui Concubinam 29. ff. de legatis 3.

E
L. qui teſtamēto 99. ff. de leg. 1.

F
L. ſi mihi 103. ff. de leg. 1.

G
L. Legatum ita erat 108. de legatis. 1.

H
L. ſi ita locutus 13. ff. de legatis 3.

I
L. Titio Centū 76. ff. de Legatis. 2.

L
L. ille aut ille 25. ff. de Legatis. 3.

M
L. Si tibi 52. ff. de Legatis. 3.

A
Genus eſt donatio, ſiue liberalitas.

B
§. Hæreditas Inſt. de hæred. Inſt.

C
Mandatus adire hæreditatē, habet mandati actionem, non vero qui mandatus ſubijt Legatum.

D
Trebatius negat paratum, poſſe Concubinæ legari, concedit Labeo.

E
Volo, vt Pamphila quatuorcentū nummos aureos habeat.

F
Legatum Sempronio hæres meus dato.

G
Marcelle legatum dare damnas eſto.

H
Titius hæres meus illi legatum dare damnas eſto.

I. Centum ab hærede meo dabuntur.
L. Ille aut ille legatum præſtabit.
M. Meus hæres fundum dato, ſi nauis ex Aſia venerit.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXV.

*Teſtator in ſuo teſtamento ità diſponens, Do domum meam, legare dicitur, non donare.*

CAeſareę patuere fores, Solioquè ſuperbus
Adſtitit Imperij culmen, regimenquè Senatus.
Hic tria Do lego Titio mille aurea pondo [A].
Marcello fundi fructus Do lego [B], Stychumque
Do lego famulum Titio [C], exercenda tabernis
Inſtrumenta tibi Do lego [D], alimenta dediſti
Libertis [E]; mundum muliebrem ornataque, coniux
Indumenta habeat [F], fundum Do lego [G]; meorum
Seruorum denos Seio Do [H], ſi volet illi
Lego ſtychũ [I], ſeruos Titius cum Mæuio habebit [L],
Semprono Do lego ſtychum [M], Titioquè Sabinum
Fundum Do lego, [N], Licio, Titioque, & eorum
Cui, fundum Do lego [O], ergò Do Lego videtur.

A
L. Titia ſ. Lucio Titio ff. de an. leg.

B
L. cum ita ff. de vſ. & vſufr. leg.

C
L. cum legatur. 9. ff. de opt. leg.

D
L. ſi ita 15. ff. de fund. inſtr.

E
L. alimenta l. libertis ſ. Manumiſſis, & ſ. Cibaria de alim. & Cib. leg.

F
L. ſi quis ita legauerit ff. de auro, & arg. leg.

G
L. plane ſ. ſed, & ſi quis ff. de leg. 1.

H
L. ſi ita legatum. I. ſ. illi ſi volet ff. de legat. 1.

L
Leg. huiuſmodi legatum ſ. quibus ita legatum ff. de leg. 1.

M
L. ſi fundum 83. ſ. Stychum Sempronio.

N
ſ. Titio fundum.

O
ſ. His verbis ff. de leg. 1.

A
Do lego Titio tria millia auri pondo.

B
Do lego fundi fructus.

C
Titio Stychum do lego.

D
Inſtrumenta tabernæ do lego.

E
Libertis alimẽta do lego.

F
Coniugi mundum muliebrẽ, & veſtimenta do lego.

G
Fundum Titianum do lego.

H
Seruos decem Seio do lego.

I. L.
Titio, & Mæuio ſeruos do lego. illi ſi volet Stychum do.

M
Sempronio Stychum do lego.

N. Sabinum fundum Titio do lego.

O. Licio Titioque, & eorum cuilibet fundum Cornelianum do lego. ergo ex his omnibus colligi videtur verbum DO appoſitum in teſtamento legatum dicere non donationem, &c.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXVI.

*Legatum ad Teſtamentum accedere tanquàm ad ſuum Principale defendimus.*

HVc è Pierio volucres mea Muſa volatus
Monte moue, meditare melos, meditare meorum
Argumentorum pretioſa pericula: nullum
Carmen habet ſine te noſtra acceſſoria virtus.
Principis inſequitur naturam, accedere noſtra
Cui de lege datum eſt [A], gemina bis lege cohęrent:
Flumen enim ſociat ripas, & flumina ripæ [B];
Auratis adamas accedit veſtibus: indè
Auratis adamas ſine veſtibus emicat, ipſæquè
Auratę ablato veſtes adamante coruſcant [C];
Aut modica in Dominis, & patre coërctio nullum
Imperium legale tenent [D], at dictio Iuris
Semper habet modicum Imperium [E], connubia iuſta
Dote carere queunt [F], at iuſto nulla vocatur
Dos ſine coniugio [G]; ſic nos Legata tuemur.
Quod ſi teſtantis tabulæ rumpantur, & ipſum
Ius legatorum maneat, conceſſa fauore
Cęſaris, & legis fateor: ſic cauſa Piorum [H];
Eccleſię fauor obtinuit [I], nec debet in omnes
Extendi caſus: ſic Patria Iura tuemur.

A
Cap. Acceſſoriũ de Reg. Iur. in 6.

B
§. Riparum inſt. de rer. diu.

C
L. & ſi non ſunt §. Perueniamus ff de aur. & arg. legat.

D
§. ſed, & maior Inſt. de ijs, qui ſunt ſui, vel al. Iur. l. Præceptoris ff. ad legem Aquil.

E
L. fin. ff. de off. eius.

F
Gloſ. in reg. Acceſſorium de Reg. Iuris libro ſexto in verbo Acceſſorium.

G
Cap. de prudentia de Dot. poſt diu. reſtit.

H
L. eam quam C. de fideicommiſſis.

I
Gloſ. in d. l. eam quam C. de fideicommiſ.

A
Acceſſoriũ naturam ſequi congruit principalis.

B
Ripa ſinè flumine, & flumen, ſine ripa nõ intelligitur.

C
Adamas accedit veſtibus, & tamen ſine veſtibus poteſt eſſe, & veſtes ſine adamante.

D
Coertio Patris, vel Domini nullum dominium, ſeu Imperium habẽt.

E
At iuriſditio ſemper modicũ exercet imperium.

F
Poteſt dari Matrimonium ſine dote.

G
Non vero dos vnquam dicitur ſine matrimonio.

H
Ex rupto teſtamento debentur legata locis Pijs.

I
Et Eccleſijs.



Digitized by Google

# IDEM

## Ex l. 1.

## ff. DE LEGATIS I.

### CONCLVSIO LXXVII.

*Conceſſo Feudo nouo cum clauſula, vt in omnibus, & per omnia ſapiat naturam antiqui ſuccedunt in eo tranſuerſales.*

DIſpoſitiua probant hæc verba: Latinaquè virtus
Non ſolùm, ſed Ciuilis feudalibus ardet
Naturam mutare bonis, factumquè probatur
Antiquo iunxiſſe nouum [A]: in contraria ſurgit
Iudicia Oldradus [B], laterique Albricus adhæret [C],
Et quos tractatu feudi doctiſſimus affert
Curtius [D]; illorum ſic ſtat ſententia: eodem
Iure frui, libuit legi contraria [D], feudum
Antiquum nouitate caret ſeſeque tuetur [E];
Ergò etiam antiquare nouum, ſine crimine feudum
Non eat: at ſoluit cum Ripa [F], Curtius [G]: illic
Grande ſequi aſpicitur damnum tranſuerſa colenti
Iura [H], ſed hic nullum: teſtatur Hyſernia clarus
Feudatiſtarum Princeps de indagine feudi [I].

A
L. 1. de feudo Marchiæ, vel Duc.

B
Oldradus conſ. 178.

C
Albericus in ſuo Dictionar. verb. feudum.

D
Curtius tract. feud. p. 1. q. 8.

D
L. ſciendum §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur.

E
Cap. 1. de Vaſſalo Decrepitæ ætatis.

F
Ripa hic nu. 50. Curtius, vbi ſupra nu. 9.

G. H.
Quia ſequitur damnum tranſuerſalibus.

I
Hyſernia in cap. 1. de Controu. feud. apud pares determinanda.

A.
In diſpoſitionibus accipienda eſt mens diſponentis; atqui diſponens vult, vt per omnia ſapiat naturam antiqui, ergo erit antiquum.

B. C. D.
Oldradus. Albericus, & Curtius inſurgunt contra, argumentanturque; contrariorum eadem eſt diſciplina, vt habetur in d. l. ſciendum §. fin. ibi Poſſeſſor autem quis nec ne ſit tempus cautionis ſpectandum eſt; nã ſicut ei qui poſt cautionem poſſeſſionem vendidit nihil obeſt, ita nec prodeſt ei qui poſt cautionem poſſiderè cæpit. Sed nouum nunquam ſapit, antiqui natura, &c.

E. F. G. H.
Soluitur quia ſi antiquum fieret nouum præiudicaretur tranſuerſalibus hæredibus, at hic nullum eſt præiudicium, &c.



Digitized by Google

# IDEM

## Ex l. hęc verba

## DE LEGATIS 1.

## CONCLVSIO LXXVIII.

*Expreſſio conditionis per eum modum, per quem tacitè ineſt nihil operatur, vt legatum faciat conditionale.*

Textus adeſt. Hæc verba tui teſtantis, ad aures
Succeſſoris eant: quiſquis mihi pręuius hęres
Ex ſupraſcriptis fuerit: vel Seius hæres
Si fuerit, vel ſi libram poſſederit: actum
Conditione caret legatum, & pura redundant
Fulmina, legatum queis legatarius ardor
Impetat: hæredis latitat ſub nomine [A], certi
Legatique dies adito ſuccedit in aſſe, [B].
Nam cum libertas multo pretioſior auro
Et pretio, quo Migdonius gemmauerit Indus,
Et quod Erythrææ deſpumauere procellę
Maior [C], non poſſit quin As adeatur haberi [D];
Cur legatorum queis nulla licentia legis
Naturam immutat, melior conditio? nullo
Iure patet, quamquam multa in contraria ſplendent.

A.
L. hæc verba l. legatum ita erat. de leg. 1. l. ſi ita loquutus l. Titio centum. l Ille aut ille l. ſi tibi de leg. 3.

B
L. ſi purè l. Hæredis aditio ff. quando dies legati cedat.

C
§. vltimo Inſtitutionibus quibus ex cauſis manumittere non licet. l. libertas ff. de regulis iuris, l. 1. §. fin. ff. de tab. exhib.

D
L. nam cum libertas ff. quando dies legati cedat. Illuſtris D. Carolus Seluaghus in manuſcriptus in l. noſtra: artic. 2. qu. vn.

A
Hæc verba teſtatoris; quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit, aut ſi hæres erit Seius, vel ſi hæreditatem adierit ſubiectum legatũ vel fideicommiſſum non faciunt conditionale.

B
Legati dies cedit ab aditione hæreditatis.

C
Sed cum libertas inæſtimabilis res ſit, & multo pretioſior auro, idcirco non omnibus manumiſſio conceditur.

D
Vlpianus in l. Nam cum libertas ff. quando dies legati cedat, ibi nam cum libertas non prius compotat quam adita hæreditate.

VLPIA-

# PAPINIANVS

## Ex l. cum filio familias de leg. 1.

### CONCLVSIO LXXIX.

*Cui neque legatum, nec alius honor à teſtatore obuenit, grauari nequidquam poteſt iuxtà illud, Quem non honoro grauare non poſſum.*

CVi neque legatum, nec mortis cauſa tulerunt
Commoda honorati, nequidquam lege grauatur
Viua hominis [A]: cunctis quid honoribus inuia virtus
Iactet adoratos in proxima damna labores? [B]
Virtutem labor ædificat, decora omnia virtus:
Sed labor eſt animi non corporis: imperat Aequi
Iuſtinianus amans Demoſtheni in Vrbe miniſtro [C].
Quin qui fortuito, ſed non teſtantis amico
Iudicio aſſequitur libram, potuiſſe grauari
Paule negas [D]: ſeruum auxilio Iulianus eodem
Qui libertatis munus teſtatio mentis
Attulit, excuſat [E]: legato, nulla oriuntur
Seruo, Iura, grauent quę Caium: nempè in Erythram
Non penetrat, nec Migdonij vada gemmea Gangis
Qui ſeruum aſſequitur, Romani ita regula Iuris [F]. [G].

A
Auth. de nuptijs §. Diſponat collation. 4. l ab eo C. de fideicommiſſis.

B. C.
L. 1. C. Communia de legatis.

D
L. ſed, & ſi ſic ff. de legatis. 3.

E
L. Plane 97. §. qui teſtamento ff. de leg. 1.

F
Dicta l. plane §. qui teſtamento

G
L. quod attinet ff. de Regulis Iuris ibi. Quod attinet ad Ius Ciuile ſerui pro nullis habentur. l. qui teſtamento §. ſeruus ff. de teſtamentis, l. in perſonam ff. de reg. Iuris. l. ſi id quod de Condict. indebiti.

A
Ab eo qui neque hæreditatem, neque legatum, neque fideicommiſsū, neque cauſa mortis donationē accepit, nihil per fideicommiſſum relinqui poteſt.

B. C.
Iuſtinianus Imperator Demoſtheni Pręfecto Prætorio.

D
Paulus Iuriſcōſultus, ibi quoniam, qui fortuito non iudicio teſtatoris conſequitur hereditatem, vel legatum, non debet onerari, nec recipiendū eſt, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges.

E. Iulianus. ibi qui teſtamento manumittitur, & neque legatum, neque hæreditatem capit fideicommiſſum præſtare cogendus non eſt.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXX.

*Quem non honoro grauare poſſum.*

ASſis honor triplici gaudet moderamine [A]: primo
Hæredem in Libra, vel Libræ parte Ioannem
Si Cai inſtituas, Teſtatoriſquè voluntas
Hęc, expreſſus honor dictus de Iure [B]; ſecundo
Obliquæ vocis moderamina, cunctaque Seio
Quę non expreſſę veniunt dictamine mentis
Hoc tacitum voluere decus, Teſtantis ab Aſſe
Cum tacitè adueniat [C]; capiet decora vltima Caius
Si ſe fortuito, ſed non Teſtantis amico
Iudicio hæredem inueniat, decora iſta grauare
Paulus poſſe negat [D]: taciti ſed munus honoris
Expreſſo æquatur: Seium ergò ſine obijce Caius
Vel ſerui Dominum, vel, nato hærede, parentem
Rite grauet fideicommiſſis, Iureque aperto [E].

A
D.D.in noſtra l.ibi D.Carolus Seluaghus in art.1.quęſito 2.

B
De Hæredibus inſtit. per totū l.ſi mihi, & tibi l. ſi duobus l. grege legato l. ſi quis bonorū l. à filio hærede l. non amplius l.talis ſcriptura l. ſi pluribus l. hæc verba.l, legato generaliter l.legatarius l. cum ſeruus legatus ff. de leg 1. l. ſi Auguſtę ff. de leg. 2. l ſi plures gradus l.Hęres meus l.his verbis ff.de legatis 3.

C
L. ſi alienus ſeruus ff. de leg. 2.

D
L. Sed, & ſi ſic ff. de legatis 3.

E
L.1.§. & hæc diſponimus C.Com.deleg. l. ſi alienus ff.de leg.2.l ſi ſeruus ff. ſi quis ommiſſa cauſa teſtamenti l.Neſennius ad leg. falc.l. quidam §. ſi ſeruo ad Trebellianum, &c.

A
Tripliciter poteſt honorare teſtator.

B
Primo modo, cum expreſſe hæreditatem relinquit, ſiue legatum, & hoc inſinuant textus citati.

C
Cum ſecundo obliquo modo, & tacitè honorat v. g. inſtituendo ſeruum ſiue filiū quidquid enim ſeruus, vel filius acquirunt; Domino, vel Patri acquirunt; ergo teſtator eos ita inſtituendo videtur tacitè Patrem, vel Dominum inſtituere.

D. Tertio ſi fortuito caſu hæreditas tibi adueniat; tunc autem poſſe grauari tali modo honoratum negat Paulus Iur.C. Cum ille honor à teſtatoris iudicio non proueniat.

E. Textus iſti inſinuant eum, qui ſeruum, vel filium inſtituerit poſſe grauare Dominum, vel Patrem rationis ergo iam dictæ, &c.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXXI.

*Teſtator poteſt grauare venientes ab inteſtato.*

MArcelli poterat fieri teſtatio mentis:
Noluit ille tamen: tacito decorare videtur
Iudicio Hęredem ſcribentis honore carentem,
Atquè Inteſtatæ venientem ad commoda Librę [A]:
Quæritur an fideicommiſſum hauſiſſe liceret
Marcello, hęredemque grauare? videtur aperte
Quod poſſet; nam vel tacito, qui iuuit honore,
Ille grauare poteſt [B], potuit Marcellus, & Aſſis
Commoda in alterius ſcripſiſſe hęredis honorem;
Noluit ille tamen, tacito ergò hæredis honori
Conſuluit, ſi conſuluit potuiſſe grauare
Aſſerimus, noſtroque micant Digeſta fauori [C].

A
Auth. de Nupt. §. Diſponat. Coll. 4.

B
L. ſi alienus ſeruus ff. de legatis. 2.

C
L. ſi ſeruus ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtame. l. 1 §. & hæc diſponimus C. Communia de legatis l. ſi alienus ſeruus ff. de leg. 2. l. Neſennius ff. ad legem falcidiam. l. quidā §. ſi ſeruo ff. ad Senat. C. Trebel. & textus aureus in l. conficiuntur 8. ff. de Iure Codic. ibi ſed ideo fideicommiſſa dari poſſunt, ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur Pater fam. ſponte ſua his legitimam reliuquere hæreditatem. atqui legata fideicom. ſunt exæquata l. 1. ff. de leg. 1. l. 1. C. Com. de leg. ergo pro vtriſque reſpondendum eſt.

A.
Diſponat itaq; vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas; ſicut, & antiquiſſima nobis lex, & prima penè Reipublicæ Rom. diſponens ait (dicimus autem 12. tabularum ſecundum antiquam, & Patriam linguā) ita dicens; Vti. Quiſ. Q de Sua. Re. legaſſet. ita. Iuſ Eſto. nullo Volente Citra eius voluntatē, nec ſi ſacram impetret formam, nec ſi quiſpiam aliud omnium aliquid aliter diſponere malens.

B
Si quis ſeruum ali enum hæredem inſtituat grauare Dominum poſſe indubitati iuris eſt.

# VLPIANVS

## Ex l. Licet Imperator.

## DE LEGATIS I.

### CONCLVSIO LXXXII.

*Legata ab inſtituto relicta cenſentur repetita à ſubſtituto vulgari.*

QVamuis Cæſareo placuit ſententia Patri,
Cæſareiſquè oculis placuit ſcripſiſſe [A], videri
Teſtantis votum repeti ex hęrede ſecundo
A primo legata [B], tamen ſic iuſſa capeſſant [C];
Ni teſtatoris fuerit diuerſa voluntas
Clara [D]; etenim varijs effectibus illa patebit:
An quis ab hæredis manibus legata, ſecundum
Hæredem nolit premere, & debere recuſet [E],
Nam quid, diuerſum ſi legatarius aurum
Ex hærede habeat (quam à primo hærede) ſecundo? [F]
Vel quid certa fuit ſi cauſa relicta probandi
Primæuiquè emptoris onus, ceſſetquè ſecundo
Adueniente [G]? canit Paulus ſub lege LATINVS
Ancillas remouens [1]: docti veſtigia Pauli
Marcellus ſequitur [2]: ſibi conſonat Vlpius [3]: illi
Papinianus adeſt [4]: Quintanæ Maximianus
Hoc iubet Imperij regimen [5]: cui Martius addit
Auxilium [6]: vel ſubſtituit ſi ex parte obliquum
Iuris honoratum [H]? tenebroſa in mente ſupremùm
Teſtantis reſcripta fauent [I]: ſic Vlpius ornat.

A
Licet Imperator.

G
Tunc enim militant textus, quod repetita non debent videri.

1.
Paulus Iur. C. in l. Latinus Largus ff. de leg. 2. ibi Ancillas remouet a petitione fideicommiſſi; hæreditatem enim habuerant.

2.
Marcellus in l. cum Patronus de leg. 2. idem affirmat.

3.
Vlpianus in l. ſi Titio §. Iulianus ff. de leg 2. idem dicit.

4.
Papinianus in l cum Pater §. ab inſtituto ff de leg. 2. ibi conditionis expletio expectanda eſt, vt videantur repetita.

5.
Maximianus Imp. in l. non iuſtam C. ad Trebell.

6.
Martianus Iuriſconſultus in l. ſeruo alieno ff. de leg. 1.

A
Licet Imperator noſter cum Patre reſcripſit.

B
Videri voluntate teſtatoris repetita à ſubſtituto, quæ ab inſtituto fuerãt relicta.

C
Tamen hoc ita erit accipiendũ

D
Si non fuit euidens diuerſa voluntas.

E
Quæ ex multis colligetur; an quis ab hærede legatum, vel fideicom. noluerit à ſubſtituto deberi.

F
Quid enim ſi aliam rem a ſubſtituto reliquit ei fideicõmiſſario, vel legatario, quam ab inſtituto nõ reliquerat.

G
Vel quid ſi certa cauſa fuerit cur ab inſtituto reliquerat, quę in ſubſtituto ceſſaret?

H. Vel quid ſi ſubſtituit ex parte fideicommiſſariũ, cui ab inſtituto reliquerat fideicommiſſum.

I. In obſcura igitur voluntate locum habere reſcriptum dicendum, &c.

IABO-

# IABOLENVS

## Ex l. qui Teſtamento.

## ff. DE LEGATIS II.

### CONCLVSIO LXXXIII.

*Vtile per inutile non vitiatur.*

CAius inutiliter ſeruum dimiſit, aitque
Liber erit ſeruus vita cum ceſſerit, Aſſis
Hæredem cum conſtituit [A]; potuiſſe in ijſdem
Legari Tabulis ſeruum Iabolene putaſti [B];
Vtile enim munus per inutile non vitiari
Regula Iuris habet [C]; ſi ſit ſtipulatio facta
Vnius famuli, cum mox ſtipulamur vtrumque?
Perſonarum etenim numerum ſtipulatio, Iuris
Imperio ſequitur: valida eſt, atque vtilis vna,
Vtilitate caret præceptis altera legum,
Nec tamen vtilius per inutilius vitiatur.
LEGE patet PRIMA, verbo SED SI FAMVLANTEM,
Hic vbi VERBORVM nos OBLIGAT ardua virtus [D].

A
L. Libertus ff. de manum. teſt.

B
L. Planè ff. de leg. 3. l. cũ quidam ff. de ijs quib. vt indig. L. 3. §. minor de fund. Inſtr.

C
L. Sancimus C. de donat. l. quæ extrinſecus ff. de V. oblig. §. Poſteriori Inſtit. quib. mo: teſt. infir. l. ſi id quod ff. de reſcindenda vendit. l. ſi venditor §. fin. ff. de in diem aditione l. ſeruum filij, & l. ſi poſt mortẽ §. fin. de leg. 3. l. ſi peculium §. 1. ff. de manum. teſtam.

D
L. inter ſtipulantem ff. de V. oblig. §. ſi ſtipulante in fine. l. ſed, & ſi decem de Conſt. pec.

A
Qui teſtamẽto inutiliter manumiſſus eſt; ſcilicet dicendo ſtychus ſit liber poſt mortem ſuam.

B
Legari eodem teſtamento poteſt.

C
In donationibus, quæ egent inſinuatione vitiatur ſolum exceſſus.

D
Vtile per inutile non vitiatur. l. 1. §. ſed ſi Pamphilum ff. de Verborum oblig. ibi ſed ſi Pamphilum mihi ſtipulanti, tu Pamphilum, & ſtychum ſpoponderis, ſtychi adiectionem pro ſuperuacuo habendam puto, nam ſi tot ſunt ſtipulationes quot corpora, duæ ſunt quodamodo ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis, neque vitiatur vtilis, per hanc inutilem.



Digitized by Google

# PAVLVS

## Ex l. Re Coniuncti ff. DE LEGATIS III.

### CONCLVSIO LXXXIV.

*In Summis, & Quantitatibus habet locum Ius adcreſcendi.*

EIa age Muſa recens, proprioquè innixa decori
Subtiles Legis Dea docta reclude receſſus.
Lex Re Coniuncti concedit: aperta voluntas
Si Re Coniuncti libræ, quem ſorte ferebat
Semiſſem renuat, Coniuncto adcreſcere [A]; Rebus
Sic igitur Ius adcreſcens conceditur; atqui
Summæ etiam, & Quantũ veniunt ſub nomine Rerũ;
Teſtis in edicto SI CERTVM rite PETATVR
Vlpius, in textu primo ſub fine, fauentque
In verbo GENERALE Patres, & gloſa [B]; canitquè
SIGNIFICANS VIM VERBORVM geminata canoris
Paulus vota ſonis [C]; Iaſonque [D], & Bartolus [E] vno
In noſtro textu, Salicetus [F], Vaſquius [G] ( hiſque
Hęret Alexander [H]) DE SVCCESSORE CREANDO;
Ergò etiam Summę Quantumque adcreſcit eidem.

A
Pichard. in § ſi eadem res Inſt. de legat. n. 1. & 2 l. 1. in princ. & §. 1. & § idem ait, §. idem eſt § interdum; l. inde Neratius 4. verſ. toties, & §. 1. l. ſi tibi proprietas l. idem eſt § ſi mihi, l. ſi quis Titio l. interdum ff de vſufructu adcreſcendo l. ſi quis ita ff. de hæred. inſti. l. ſi duobus l. Mæuio ff. de leg. 2. l. coniunctim, l. reconiuncti ff. de leg 3. l. quidam relegatus §. fin. cum duabus legibus ſequentibus ff de reb. dub.

A
Si eadem res duobus coniunctim, diſiunctimuè legata ſit, ſi ambo perueniant ad legatum ſcinditur inter eos legatum, vno vero, vel repudiante, vel alio modo deficiente totum alteri adcreſcit.

B
Nam cuicumque rei aſſentimur alienam fidem ſequuti, mox recepturi quid ex hoc cõtractu credere dicimur. Rei quoque Verbum, vt generale Prętor elegit.

C
Rei appellatio latior eſt quam pecuniæ, quam etiam eas, quæ extra computationem Patrimonij noſtri ſunt, & alibi, Rei appellatione Pars etiam continetur.

B
Vlpianus in l. 1. in fine ff. ſi certum petatur ibi gloſa, & Patres in verbo Generale; vbi ait gloſ. Rem continere pecuniam, & omnem ſpeciem, factam quoque.

C. Paulus in leg. Rei appellatio, & in l Appellatione rei ff. de verborum ſignificationibus.

G. Vaſquius in d. nu. 93. dicit hanc noſtram oppinionem communem.

D. Iaſon in l. reconiuncti num. 37.

E. Bartolus hic etiam num. 7.

F. Salicet. in l. vn. §. ſin autem diſiunctim C. de cad. toll.

G. Vaſq. de ſucceſſ. creatione §. 10. nu. 93.

H. Alex. in conſ. 5. vol. 2.

IDEM

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXXV.

*Subſtitutio etiam inutilis, & inualida impedit Ius adcreſcendi.*

ET Caium, & Seium Sempronius Aſſe vocauit
Hęredes, exhęredato Poſthumo [A]; in Aſſis
Subſtituit Seio Semiſſe, ſatumque reliquit
Prateritum [B], quæri ſolet hic, An Caius adire
Libræ Iura queat, renuat ſi Seius honorem?
Et reſpondetur, non poſſe: & Scęuola teſtis
In Quęſitorum ſexto, NEQVE CAIVS ADIBIT
ASSIS OPES [C], quia ſubſtituens, fera fulmina, noxæ
Inſontem in natum, dum pręterit, impius vrget. [D]
Bartolus hic numero terdeno, & ſeptimo, & vltrà
Terdenum octauum [E]; ſcribentes lata pererrant
Arua Patres, Ripa hic numero terdena ſecundo
Centenum ſuper enumeranti Iura [F], fauetquè
Cagnolus [G]; tantiſquè patet ſententia votis.

A In l. pen. ff. de iniuſto rupto, &c.

B L. ſi poſthumus ff. de lib. & poſth.

C D. l. ſi poſthumus, ibi ſecundum tamen gradum vitiari placet; & infra non poſſe ſubſtitutos adire, & in fine principij non tamẽ magis ſubſtitutum admitti. idem ait Scæuola in d. l. pen. in ſexto lib. Quæſtionum ibi. nec ego adire potero.

D. L. fin. ff. de ijs, quæ in teſt. del. & l. circa ff. de inoff. teſtam.

E. Bart. in l. Reconiuncti num. 37. & 38. ibi reliqui ſcribentes.

F. Ripa diſputat ibi num. 132. & 133.

G. Cagnolus in l. vnica num. 55. C. quando non petentium partes.

A Si ego, & Titius inſtituti ſimus, & à nobis poſthumus exhæredatus ſit.

B A ſubſtitutis noſtris, non ſit exhæredatus.

C Titio defuncto nec ego quidẽ adire potero.

D Iam enim propter inſtituti perſonã, à quo poſthumus exhæredatus eſt, in cuius locum ſubſtitutus vocatur, à quo poſthumus exhæredatus non eſt, ruptum eſt teſtamentum, & in leg. ſi poſthumus ff. de lib. & poſthum. ibi ſi poſthumus à primo gradu exhæredatus à ſecundo præteritus ſit, quanuis eo tempore naſcatur, quo ad hæredes primo gradu ſcriptos pertineat hæreditas, ſecundum tamen gradum vitiari placet.



Digitized by Google

# IDEM EX EADEM

## CONCLVSIO LXXXVI.

*Ius adcreſcendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, veluti in emptorem hæreditatis, vel Legati.*

A. B.
Bartol. Noſter Anteſignanus à num. 26. ad 27.
C
Vſusfructus morte extinguitur, vt in l. 3. §. fin. ff. de vſu, & hab. cap. Priuilegium de reg. Iur. in 6.
D
L. interdum ff. de vſufructu adcreſc. l. & an eadem §. qui cū Patrem ff. de except. rei Iudic.
E
L. Hæc ſcriptura §. fin. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. l. ſi Titio §. 1. ff. de vſufructu d. l. interdum ff. de vſufr. adcreſc.

BArtolus eloquij Genitor, quod Iuris origo
Poſtulat, huc ades, & noſtro venerabile plectrum
Sollicita auxilio; fauet ille, & Legis honores
Concinit, egregio diſtinguens omnia nutu.
Quærit enim An Ius adcreſcendi tranſeat vltrò
In ſucceſſorem [A]? tunc ſic diſtingue, vel inquis
Ius vſusfructus [B], ſed tunc generalis in Aſſe
Hęres nulla capit creſcendi commoda Iuris;
Vſusfructus enim mortis ſub falce peremptus
Concidit [C], hęredi diuerſum particulari
Non euenturum quoque Bartolus erudit: vſus
Fructus enim adcreſcit perſonæ legeque firmat [D]
An Proprij [E] Ius adcreſcens, & dic quod in omnes
Tranſeat hęredes, quidquid Petrus indè retractet [F].
Hucuſquè egregia nos Bartolus arte tuetur.

A
Quæro an Ius adcreſcendi tranſeat in ſucceſſorem?
B
Tunc dic, an quęris in vſufructu;
C
Et non tranſit in hæredem vniuerſalem, quia per mortem extinguitur vſusfructus
D
Nec in ſucceſſorem ſingularem, quia vſusfructus adcreſcit perſonę, nō portioni.
E
An Quæris in Proprietate, & tunc indiſtinctè tranſit Ius adcreſcendi in ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem.

F
Petrus relatus à Bart. hic nu. 26 quem contra oppugnat tex. in l. ſi totam ff. de Acq. hæred. & Ciott. hic nu. 47. Bolognett l. vn. nu. 23. vbi Curtius Iun. num. 3. C. qu. non. pet. par. Duarenus lib. 2. de Iur. Adcreſcendi cap. 6.

F
Petrus autem dicebat in proprietate Ius adcreſcendi non tranſire ad emptorem hęreditatis, & quod is, qui venderet hæres remaneret, & ſibi competeret Ius adcreſcendi in proprietate conſiſtens.

PAPI-

# PAPINIANVS

## Ex l. Pater Seuerinam.

## ff. DE CONDIT. ET DEMONSTR.

### CONCLVSIO LXXXVII.

***Ex ætate caſus Nolentiæ non continetur, ſub caſu Impotentiæ.***

ROmani decus Imperij, Latijquè Senatus
Papinianus honor, qui duros Conſule Iuſto
Anfractus Legum ſuperas, quique abdita rerum
Antiquis incluſa vrnis, monumenta recludis [A],
Huc ades, & noſtris vllo ſubtilior auſis
Annue adoratæ reſerans veſtigia Legis.
Nempè Seuerinam Proculam, Pater ille Philippo
Cognato deſignauit, teſtatio mentis
Cum fieret, ſponſam, natæquè reliquit eidem
Cognato, fundum, ſi nuberet ipſa Philippo, [B]
Sin minùs, hic fundus cognato rite Philippo
Competeret [C]; ſed teſtantis poſt funera Patris
Nata viri nondum illa potens fatale ſubiuit
Mortis onus, [D] Quid reſpondes, reſpondeo Patris
Teſtati Votum ſi introſpicis illico, Legis
Vota patent, quæ pollicitę Connubia dextræ
Non potuit celebrare, ſatis voluiſſe patebit. [E]
Nolle etenim non dicetur, quæ velle nequiuit. [F]

A

L. cum acutiſſimi 30. l. cum virum C. de fideicom l. cum Papinianus 14. C. de ſent. & interloc. om. Iudicum.

B. C.

L. ſi ſtipulatus ff. de verb. oblig. ſi non nupſiſſet, ideſt ſi nubere noluiſſet.

D. E.

Sola enim voluntas ſeruatur in fideicommiſſis l. Hæredi pen. ff. de leg. 2. & in conditionibus primum locum voluntas defuncti tenet, eaque regit cōditiones, vt in l. in conditionibus ff. eo: & facit l. Hæredes §. 1. ff. ad Trebell. l. cum virum C. de fideicom. l. cum prępone-retur ff. de leg. 2. & l. fideicommiſſa §. item ſi quis ff. de leg. 3.

F

L. qui ad certum ff. locat. & l. velle ff. de Reg. Iur.

A

Cum acutiſſimi ingenij vir, & merito ante alios excellens Papinianus. Cū virum prudentiſſimum Papinianum, cum Papinianus ſūmi ingenij vir.

B

Pater Seuerinā Proculā Aelio Philippo cognato nuptijs teſtamento deſignauit, eidem filiæ prędium, ſi Aelio Philippo nupſiſſet, verbis fideicōmiſſi reliquit.

C

Quod ſi non nupſiſſet idem prędium Philippo dari voluit.

D

Nondum viri potens puella diē ſuum obijt.

E

Reſpondi cum in conditionibus teſtatorum voluntatem magis, quam verba conſiderari oporteat, Aelio Philippo ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia nubere noluiſſet. Quare cum ea prius quam Viri potens fieret et vita deceſſerit conditionem extitiſſe non videri.

F

Nolle enim non dicitur, qui non poteſt velle.



Digitized by Google

# MARTIANVS

## Ex l. in quartam

## ff. AD LEGEM FALCIDIAM.

### CONCLVSIO LXXXVIII.

*Falcidia poteſt prohiberi à Teſtatore filijs primi gradus, quod item de Trebellianica dicimus.*

Prouida Cæſareis lex Legibus improba tollit
Pondera queis nimium mox Legatarius ardor
Supprimitur, nam Legatis ſi forte relictis
Dodrantem ſuperet Teſtans, Falcidia Quarta
Competit hęredi [A]; quid ſi prohiberet ab Aſſe
Teſtator Quartam reſecari, an Iure liceret?
Codicis, & placuit ſexto ſub codice poſſe
Teſtantem prohibere: etenim cum expreſſa voluntas
Hæc fuerit, nec in hoc defuncto pareat hæres,
Libra abit, & dictis titulo Legata gerente
Perſonis As defertur [B]: ſic nempè voluntas
Teſtantis fiet, quam Lex pro Lege fatetur. [C]

A

Princ inſt. de lege ſalcidia.

B

Sed cum teſtator hoc expreſſim vetuit non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij, ceſſat ſalcidia, & ſi hæres in hoc defuncto non pareat defertur hęreditas perſonis enumeratis ſub titulo de legatis, & fideicommiſſis.

A.

Cũ enim olim lege 12. tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret, vel totum Patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege ita cautum eſſet VTI.QVIS Q.LEGASSET. SVAE. REI. ITA. IVS. ESTO. Viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare, &c. & infra nouiſſimè lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne quid plus legare liceat, quam dodrantem totorũ Bonorum. ideſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum eoſue pars quarta remaneat.

B. Auth. ſed cum teſtator C. ad legem falc.

C. Auth. de nupt. §. Diſponat Coll. 4.

C

Diſponat igitur vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas, & ſupr. Inſt. in princ. de leg. falc. Vti. quiſque. legaſſet ſuæ Rei ita Ius eſto. Nullo volente citra eius voluntatem.

PAV.

Digitized by Google

# PAVLVS

## Ex l. 4. §. Cato

## ff. DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

### CONCLVSIO LXXXIX.

*In ſtipulatione facti diuidui pæna vallata, ex contrauentione vnius ex promiſſoribus, vel hæredis promiſſoris, committitur pro parte ſua tantummodò: At verò in ſtipulatione facti indiuidui ſimiliter pæna ſtipata, ex contrauentione vnius, committitur quoad omnes, viriliter tamen.*

FAma ſile: Clariæ ſileant modulamina Vatis:
Conticeant Vticę miracula Cana: Catonem
Vrbs quoquè Roma ſuũ, Auguſtus quoq; Iura, Catoni
Quæ det Cęſar habet, cui nulla ſuperbia pectus
Accendat, nec lingua canat temeraria Pindi
Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni;
Sed quem Iuſtitię redimitum tempora ſerto
Ornarint ſapientis opes: hic ſcripſerat olim
In quintodecimo libro [A], promiſſio certę
Si quid factum aliter ſit, gazzæ [B], in brachia mortis
Promiſſore dato, [C] ſi ex multo hærede ſit vnus,
Qui contrà, fuerat quod cautum, fecerit, [D] omnes
Aut grauat hæredes pœna pro parte virili [E],
Aut vnum pro parte ſua grauioribus angit
Supplicijs [F], ſi indiuiduo promittitur acto
Pœna, (iter exemplũ), pœnę grauat ambitus omnes. [G]
Nam quod non patitur partes, id ab omnibus actum,
Pręſumunt leges [H]: ſi cautum Iure ſecari,
Et partes fieri patitur, (velut amplius vllo
Non agere auxilio) peccantem Iure grauaret [I].

A. Vdalricius Zazius, & Lælius Taurellus in Comment.

B. Quam promiſſum eſt.

C. D. E. Alexander, Petrus, & Cynus in l. pro hæreditarijs C. de hære: action. & aliqui Mod. in l. ſtipulatio.

F. G. H. Omnes tenentur nec contra eſt, quod opponitur. Nam videtur, quod in obligationibus quæ procedunt ex cauſa hæreditaria is ſolũ teneatur, qui contra fecit; l. in depoſiti. & l. ſequenti ff. depoſiti; ſolue, vt Bart. hic nu. 7.

I. Ex l. 2. §. ex his ff. eod. à contrario ſenſu ſumitur argum. ibi enim de contrario indiuiduo contrarium dicitur, ergo de diuiduo, &c.

A. Cato lib. 15. ſcribit.

B. Pæna certæ pecuniæ promiſſa ſi quid aliter factum ſit.

C. Mortuo Promiſſore.

D. Si ex pluribus hęredibus vnus contra, quod cautum ſit, fecerit.

E. Aut ab omnibus hæredibus pænam committi pro portione hęreditaria.

F. Aut ab vno pro portione ſua.

G. Ab omnibus ſi id factum de quo cautum eſt indiuiduũ ſit, veluti iter.

H. Quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus factum videtur.

I. At ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionem recipiat, veluti amplius non agere, eum hæredem, qui aduerſus fecerit pro ſua portione ſolum pænam committere.



VLPIA-

Digitized by Google

# VLPIANVS

## Ex l. Fœminæ ff. DE REGVLIS IVRIS

## CONCLVSIO. XC.

*Fœminæ, & Impubes ab omnibus officijs Ciuilibus debent abſtinere.*

FOemineas fugiant Ciuilia munera dextras:
Fœmineis Latię turres parere recuſent
Iudicijs [A]: fugiant muliebria robora faſces [B]:
Non premat infeſta Calphurnia voce Senatum [C].
Vnde nec alterius fidei tutamina præſtet
Fœmina [D], non immixta viris, operumque virorum
Curatrix [E] niueum deturpet fœmina ſexum.
Publica ab infirmis fugiſſe Impuberis annis
Munera, Iura volunt, curis non apta gerendis,
Et tenera immenſis ſuccumbit honoribus ætas [F].

A L. cum Prętor ſ. fin. ff. de Iud.
B L. & qui originem ſ. Corporalia de mu. & honor.
C L. 1. ſ. Sexum de Poſtul. ibi origo verò introducta eſt à Calphurnia improbiſſima fœmina, quę inuerecundè poſtulans, & Magiſtratum inquiètans cauſam dedit edicto.
D. L. 1. ff. ad Velleianum.
E. Et ratio prohibendi eſt ne contra pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſe immiſceant, ne virilibus officijs fungantur Mulieres l. 1. ſ. ſexum de Poſtul. l. neque de Procur. & quia ſemper aliquid læditur de ſubſtantia domeſtica, l. 1. ff. ad Velcianum.

A Fœminæ ab omnibus officijs Ciuilibus, vel publicis remotæ ſunt, & ideo nec Iudices eſſe poſſunt
B Nec Magiſtratum gerere.
C Nec poſtulare.
D Nec pro alio interuenire.
E Nec procuratrices exiſtere.

F Item impubes omnibus officijs Ciuilibas debet abſtinere. Etiam ſi pènaria, ſit aliorum, vt notatur in l. 2. ſ. Impuberes ff. de Iu. Immu. & de decurionibus l. non tantum; imbecillitas enim Impuberis ſufferendis oneribus impar ſuccumbit, &c.



Digitized by Google

# VLPIANVS

## Ex l. velle non creditur

## ff. DE REGVL. IVR.

## CONCLVSIO XCI.

*Filius exiſtens in patria poteſtate non poteſt teſtari, etiam cum conſenſu Patris.*

QVid poſſit natus patrię, qui fulmina dextræ
Horret adhuc? nato, quem nulla potentia Legis
Eripuit Patris è manibus, conceſſa voluntas
Nulla fuit; Quin ſi Patrio moderamine, Mentis [A]
Teſtandę ſubeat munus, Conceſſio nulla eſt,
Non etenim voluiſſe ferunt, qui paruit vltro
Imperio Patris, & Domini [B]; Pomponius arcto
Iure fauet [C]; Cæſar concludit Maximianus [D];
Pręterea Legiſlator, Iuſtique repertor
Qui nitet Auguſtus iuſto ſub nomine, noſtræ
Dat ſua vota Theſi, [E] fręno cohibere iuuabit
Iuſtitiæ, tenero iuuenilem in pectore flammam,
Ne patrias exurat opes [F]; ſic iuſta redundant
Spicula, queis Cæſar noſtris fauet inclytus auſis [C].

A
L. pen. C. qui teſt. fac. poſſ. princ. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. tam is §. 1 ff. de don. cauſ. mor. l. filius fam. 6 ff. de donat. Caius Inſtit. lib. 2. tit. 2. Vlpian. in fragm. tit. 20.

B
L. Velle ff. de Reg. Iur.

C
L. filius familias ff. de teſtamentis.

D
Maximianus Imp. in l. Seniſ C. qui teſ. fa. poſ.

E
Imp. Iuſtinianus in l. Nemo ex lege C. qui teſt. fac. poſ.

F
Idem in l. fin. §. filijs autem C. de bonis quæ lib. ibi melius eſt coarctare iuueniles calores, ne Cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat Patrimonium, &c.

A
Non tamen omnibus licet facere teſtamētū; ſtatim enim ij, qui alieno Iuri ſubiecti ſunt teſtamenti faciendi Ius nō habent: adeo quidē, vt quamuis parentes eis permiſerint nihilo magis iure teſtari poſſunt.

B
Velle non creditur, qui obſequitur imperio Patris, vel Domini.

C
Licet enim teſtamentum facere non poſſint.

D. Filium autem, qui in poteſtate eſt teſtamentum facere non poſſe indubitati iuris eſt.

E. Et permiſſum fuiſſe filijs fam. teſtamenta facere nemo exiſtimet; nullo enim modo hoc eis permittimus, & lex teſtamenta, eis, facere, nullo modo concedit.

IDEM

Digitized by Google

# IDEM

## Ex l. Diuus Pius

## ff. DE REGVL. IVR.

### CONCLVSIO XCII.

*Donator in his, quæ pertinent ad Donationem conuenitur inquantum facere poteſt.*

ET ratio iubet, & ſententia legis adurget; [A]
Ne ſua cuique ſuis animoſa opulentia rebus
Noxia ſit, noceatque ſui indulgentia cenſus. [B]
Cęſareum ſcripſiſſe Pium Digeſta fatentur,
Prouida Iuris, vbi ſtat Regula cauta Recentis. [C]
Infandum ſcelus eſt etenim ferrugine tinctum
Carceris eſſe illum, aurato qui torque ſodalem
Vinxerit; vtquè auri qui fluxerat ante fluentis,
Eliquet in lacrymas quæſita pericula, amicis
Qui quondam carus fuerat, modo fiat acerbus,
Qui ſortem luſit quondam, motante fritillo
Ludatur, puppim laudetque carina ſecundam.

A
L. Diuus Pius ff. de R. I. l. inter eos 19. §. is quoque ff. de re Iudic. l. ſicut ff. eo: illo tit. Inſt. de act. §. antepen. Sed ſiquis in fine.

B
L. 50. ff. de Re Iudic.

C
Immo ſuffragatur tex. in l. fin. C. de Renoc. donat. vbi Hæres non reuocat donationem propter vitium ingratitudinis; ergo etiam ſi hæres donationis inſolidum conueniatur, non facit, quod ipſe donator poſſit conueniri cum fauor ſit in perſona; immo generaliter hæredes illarum perſonarum, quę non tenentur inſolidum, in integrum tenentur, vt ait l. ſciendum 25. ff. de re Iudicata.

A
Qui ex cauſa donationis cōuenitur, inquantum facere poteſt condemnatur.

B
Ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur.

C
Diuus Pius reſcripſit eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id, quod facere poſſunt condemnandos. Immò ad ſimilitudinem Mariti, & Patroni condemnandum eſſe ait alibi textus in l. & exhæredatum ibi Pinguius enim donatori ſuccurrere debemus quàm ei, qui verum debitum perſoluere compellitur ff. de Re Iudicata.

FRI-

# FRIDERICVS IMPERATOR

In Auth. habita

## C. NE FILIVS PRO PATRE.

### CONCLVSIO XCIII.

*Scholaris Magiſtrum ſine venia in Ius appellare non poteſt.*

Verba Modeſtini refero. Generaliter illas
Perſonas queis eſt reuerentia noſtra gerenda,
Prætoris ſine pręceptis in Iura vocare
Illicitum eſt: Doctis reuerentia noſtra Magiſtris
Debetur: Prętore igitur non pręcipiente,
Nemo Palladios in Iura vocabit Alumnos [A].
Prætereà Genitoris habet de Iure Magiſter
Nomen Alexandri [B], Cęſar Theodoſſius ipſum
Nomine condecorat Patris [C], ſi Patris imago eſt,
Cur naturalis non gaudeat nomine Patris.
Teſtis Palladijs vbi Iura Rebuffus Alumnis
Diſtribuit, decies ſepteno vbi munere fulget. [D]

A

L. generaliter ff. de in ius vocando. firmat Angel. in §. pænales Inſt. de act. Albertus in l. quanuis ff. de in ius vocando.

B

L. ex Diui C. Locati.

C

L. 1. C. de excuſ. artific. lib. 10. ſubſcribit Leſnauderius in opuſculo de Doctoribus in 2. parte in princip. l. 1. & l. Liberto ff. de obſeq. Doctor. in d. §. pænales, vbi Zazius cum ſuo intellectu ſing. l. ſi non ſortem §. libertus ff. de condict. indebiti, multo minus vocabit in Ius Scholaris ſuum Doctorem, cui ei maiorem debeat reuerentiam quam vaſſallus Domino, &c.

D

Rebuff. de Priuileg. Scholaſticorum, &c. priuileg. 70.

A

Generaliter eas perſonas quibus reuerentia præſtanda eſt, ſine iuſſu Prætoris in ius vocare non poſſumus; ſed reuerentia debetur Doctoribus per ſcholares ergo non poterunt in ius vocari ſine venia.

B

Alexander Imperator vocat Vlpianum Iuris Conſultum Parentem ſuũ, & doctrina, & moribus, vt ait gloſ. ibi verb. parentem, &c.

C

Theodoſius Cæſar Scholares appellat filios Magiſtrorum ergo ſunt Patres Magiſtri. Si Patris nomen habent cur gaudere non debent Patris priuilegio? qui ſine venia in Iudicium vocari nequeunt.



Digitized by Google

# IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS, ET THEODOSIVS.

## In l. prima

## C. DE SECVNDIS NVPTIIS.

### CONCLVSIO XCIV.

*Mulier nubens intrà annum luctus infamis efficitur, & punitur de Iure Codicis.*

FAemina, quę ſpreta luctus, caſtiquè doloris
Relligione, Viri feſtinet vota ſecundi
Iuris ab eloquio infamis deciditur; vnde
Non niſi dotalem vota hęc repetita Trientem
Iure habeant, nec teſtandi ſuprema voluntas
Dimidium exuperet Beſſis, linquatque Trientem.
Prętereà Librę, & Legati commoda, quodque
Teſtamentorum (cauſa donatio mortis
Inſuper adijcitur) Munus teſtatio mentis
Plurima contulerit, fugiant infamis ab Aſſe,
Hęredeſque petant proprios, ſeu legis honore
Affectos; ne cum mores compeſcere prauos
Tentamus, fiſci, Rationem, opulentia vincat.
Hęc ſunt Cęſareo, quę diſponuntur in Albo.

L. 1. C. de ſec. Nuptijs, Si qua Mulier nequaquā luctus Religionem priori viro nuptiarum feſtinatione præſtiterit, ex Iure quidē notiſſimo ſit infamis, Præterea ſecundò viro vltra tertiam partem bonorum non det, neque ei ex teſtamento pluſquam tertiam partem relinquat omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicōmiſſorum ſuprema voluntate relictorū, mortis cauſa donationum ſit expers, hæc namque omnia ab hæredibus, vel cohæredibus, aut ab inteſtato ſuccedentibus vendicari iubemus; ne in ijs in quibus correctionem morum inducimus fiſci videamur habere rationem.

Ijs etiam amittendis, quæ Prior Maritus ei ſuprema voluntate reliquerit; quanquam hæc, quæ mulieri à Priore viro relinquuntur, & per immaturū matrimonium vacuata eſſe cæperunt, primo à decem perſonis edicto Prætoris enumeratis ideſt Aſcendentibus, Deſcendentibus, ex latere autem, vſque ad ſecundum gradum ſcilicet gradibus ſeruatis. deinde præſumi à fiſco iubemus; eandem quoque mulierem infamem redditam hæreditates ab inteſtato, vel legitimas, vel honorarias, non vltra tertium gradum ſinimus vendicare.



Digitized by Google

# IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS

## Ex l. eam quam.

## C. DE FIDEICOMMISSIS

## CONCLVSIO XCV.

*Fideicommiſſa relicta ab inſtituto debentur à venientibus ab inteſtato, vbi Inſtitutio per errorem teſtantis eſt nulla.*

QVam tuus inſtituit frater, deceſſerit, Aſſis
Pondere quęſito, vel non [A]: tamen ille precantis
In morem, ætatis duodenos ante Decembres
Simpliciter factis Tabulis præceperit, Aſſis
Vt bona reſtituat ſibi, filia ficta [B]; petendum
Nil prohibet fideicommiſſum [C]; aut ipſius hęres
Reſtituat, vel qui Tabulis de Iure ſolutis
Inteſtata tenent defuncti commoda, [D] namque
Tunc habuiſſe locum placuit, quæ Regula tradit. [E]
Ni ex teſtamento (quæ ſunt legata ſub ipſo)
Librę adeatur onus nequidquam Iure valebunt [F];
Cum verbis emptum potuit Ius Aſſis adiri
Directis, non cum hæredis dat inutile ſpectrum
Teſtator, [G], quod, ſectantes dictamina fratris
Scripſimus [H] hæredis, puro, quæ nomine gaudet
Iuris adoptatę non omine gaudeat? [I] illam
Sed ſi teſtantis nouiſſe, domeſticus Aſſis
Hæredem edicat, defunctaquè ceſſerit hæres [L]
Ipſius hæredes fideicommiſſa tenentur
Vel dare, vel iuri correſpondere petito [M].

A

Pro hac ſententia videtur facere ratio apertiſſima, quia nempe error ille, qui vitiat teſtamentum eſt error teſtatoris, qui ſic errando videtur velle honorare venientes ab inteſtato; cum enim in noſtro texto ſibi ipſi fideatur legatum, ſiue fideicommiſſum cõſequitur, vt hoc eueniés ex voluntate teſtatoris, quod adita hæreditate obueniebat, non daretur niſi nõ adita hæreditate ſcilicet rupto teſtamento ergo ab inteſtato; l. 1. §. 1. ff. de leg. 3. ibi ſed ſi filius, vel ſeruus fideicommiſſum reliquerit non valet, ſi tamen manumiſſi deceſſiſſe proponantur; conſtanter dicemus fideicommiſſum relictum videri quaſi, nunc datum cum mors contigit, videlicet ſi durauerit voluntas poſt manumiſſionem. Hęc vtique nemo credet in teſtamentis nos eſſe probaturos, quia nihil in teſtamento valet, quoties ipſum non valet, ſed valet ſi fideicommiſſum quis reliquerit.

A.
Eam quam frater tuus inſtituerat, ſiue quæſita, ſiue nõ quæſita hęreditate deceſſerit.

B
Cum tamen ſimpliciter antequam duodecimum ætatis annum impleuiſſet verbis precarijs teſtamento facto nõnullos ei vòluerit ſubſtitutos.

C
Nihil prohibet fideicommiſſũ petere.

D
Vel ab ipſius hæredibus, vel ab ijs, qui bona inteſtati tenẽt.

E
Tunc enim locum habẽt, quę regulariter traduntur.

F
Ea quæ in teſtamento relinquuntur ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas, non valere.

G. Cum verbis relicta directis adiri potuit hæreditas, non cum ipſa ſic data eſt, vt eſſet ab inteſtato ſucceſſoribus poſtulanda.

H. Quod reſcripſimus ſequentes aſſeruationẽ tuã.

I. Quaſi ſcripta hæres non fuerit verè adoptata.

L. Alioqui ſi in familia relicta hęres facta deceſſerit

M. Et conſequenter ipſius hæredes petitioni fideicommiſſi reſpondere coguntur, &c.



Digitized by Google

# IMPER. IVSTINIANVS

Ex l. fin. §. 5.

## C. DE BONIS QVAE LIBERIS

### CONCLVSIO XCVI.

*Subtiliter defendimus, quod ſi quis habeat Patrem, & filium æquali neceſſitate conſtrictos, & vni ſolùm poſſit tradere alimenta, Patri debeat, non filio.*

SIc textus loquitur, genitor quem Iuſtus adumbrat.  
Ipſum autem natum, vel natam, aut germina Sexu  
Maſculeo vel fœmineo, quæ nata renident  
Almus alat genitor, [A] non legum horrore coactus  
Sed propter naturalem, qui pectore flagrat  
Ardorem, quo pręcipimur dape paſcere natos, [B]  
Præcipiturque SATVS DVLCEM NVTRIRE PARENTEM  
INDIGA SI SOBOLES EX PARTE AGITETVR VTRAQVE. [C]  
Vltima verba nota, DVLCEM NVTRIRE PARENTEM  
INDIGA SI SOBOLES EX PARTE AGITETVR VTRAQVE; [D]  
Ergò Theſis noſtra eſt firmis fundata columnis.  
Natorum necis, & vitæ fuit alta poteſtas  
Patribus [E], at natis nunquam; ſed & ille necaret  
Qui non nutriret, flagrat cum turpis egeſtas  
Lege neçare inquit de Pa[illegible]bus agnoſcendis [F];  
Ergò minus natum fuerit necuiſſe, Parentis  
Quàm ſi funeſto daret indiga funera collo.

A
L. fin. §. ipſum autem 5. C. de Bon. quæ lib.

B
Ariſtoteles cõcordat 3. æconom. ſicuti parentes alendo filios imbecilles.

C
Ita mox ipſi imbecilles ſerui facti eadem alimenta à valentibus filijs reportare debent.

D
Ergo eadem alimenta debentur à filijs Parentibus, quę liberis à parentibus præſtantur; ſunt ergo eadem Iura; vbicumque autem ſunt eadẽ Iura naturalia, & vnum Iuri poſitiuo melius correſpondet, pręualet alteri.

E
At Pater habuit ius vitæ neciſque in filium, filius nunquam in Patrem Gell. lib. 5. noct. att. cap. 19.

F
Ergo ſi negare alimenta, necare eſt l. necare de lib. agnoſc. minus officitur iuri poſitiuo, & naturali occidere filium, quam Patrem negando alimẽta.

A
Ipſum autem filium, vel filiã, filios, vel filias, & deinceps alere, Patri neceſſe eſt.

B
Non propter hæreditatem, ſed propter ipſam Naturam, & leges, quę & à Parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt.

C
Et ab ipſis liberis parentes ſi inopia ex vtraque parte vertitur,

D
Ergo ſi inopia ex vtraque parte vertitur tenetur Patrem alere, non filium.

E
Et illi. Ius. necis & vitæ vti Patri: filio. Endo. ſiet.

F
Necare dicitur, qui alimenta negat, ſi filio negas, necas, & Patri ſi negas, necas.



Digitized by Google

# I D E M

## In l. cum Papinianus C. de Sententijs, & Interloc. om. Iud.

### CONCLVSIO XCVII.

*Clericus non poteſt reconueniri coram Iudice Laico.*

LEx hæc ingenij theſaurus, & vnica noſtri
Gloria ſubiecti, ſaxoſiſquè aſpera fibris
Continet innumeros tricoſo in pectore nodos.
Papinianus ait, quod ſi ſub Iudice certo
Conueniat Paulum Caius, Caiumquè ſub illo
Paule reconuenias, poſſe hoc admittere Caium. [A]
Ergò etiam Eccleſiæ, ſententia Laici, Alumno
Iure reconuento placeat, licet ille forenſis
Non foret. At facili diſſoluimus omnia nutu;
Illo etenim in caſu, quamuis non competat illi
Iudicis Officio Caium damnare, duabus
Non tamen officium vincitur Iure catenis;
Quod noſtro in caſu contingere rite patebit;
Laici enim, Eccleſię contra, ſententia, Alumnum
Edita, non ſolum non competit; [B] at ſimul vllo
Non eſt Iure capax; [C] quæ ſunt duo vincula Iuris. [D]

A

Auth. & conſequenter C. de Sententijs, & interlocutionibus omnium Iudicum. Authentico de Executoribus §. fin. Coll. 7. cap. fin. de Reſcr. cap. Diſpendia litium §. Reus quoque de Reſcriptis in 6. cap. 1. & cap. 2. de mutuis petitionibus Can. Accuſatores §. cuius in agendo 3. q. 8.

B

Can. Nullus Iudicũ, Can. Nemo, Can. Clericum, Can. Iudices, Can. Nullus, Can. Nullus Epiſcopus, Can. Teſtimonium, Can. ſi quis Clericus, Can. placuit 11. qu. 1.

C

Can. Sacerdotibus 11. q. 1. cap. Significaſti, cap. etſi diligenti, de foro Competenti. in Can. Sacerdotibus dicitur, quod Sacerdotes ſunt Dij; ibi ſcriptum eſt Dijs non detrahes, & Conſtantinus Princeps oblatos ſibi ab Eccleſiaſticis libellos incidit, dicens; Vos Dij eſtis à vero Deo conſtituti; ite & inter vos cauſas Veſtras diſcutite; quia dignum non eſt, vt Iudicemus Deos.

D

Verbum *poteſt* dicit potentiam; è contra particula *non* præpoſita verbo *poteſt* abnegat omnem potentiam l. quædam ff. de Rei vendic. l. 2. §. quod obſeruari gloſ. ibi verb. credit de Iur. calum. cap. 1. de Reg. Iur. in 6.

A

Cum Papinianus Summi ingenij vir in quæſtionibus ſuis rite diſpoſuerit, non ſolum, &c. vt liceat Iudici, vel contra Actorẽ ferre ſententiã, &c. Cuius enim in agendo obſeruat arbitriũ, eum habere, & contra ſe Iudicem in eodem negotio non dedignetur, quod Canonizatur 3. qu. 8. Can. accuſatores §. Cuius in agendo.

B

Clericum, cuiuslibet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſęcularem Iudicem attrahere; nemo enim Clericum examinare præſumat, niſi in Eccleſia.

C

Manifeſtè patet, quod non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci *non poſſunt*, vt ſæcularia Iudicia ſubeant, cap. etſi diligenti; & in cap. Dilecti filij ibi conueniri *non poſſunt*, de foro competenti, & in cap. ſignificaſti eo: illo tit. ait, & in Iudicem non ſuum Clerici conſentire *non poſſunt*.

D

Diuus Auguſtinus, Diuus Thomas, & præcipui Philoſophi particulam *Non* malignantis naturę eſſe conſtituunt; vt totum, quod inuenit deſtruat, & oppoſitum ponat ſine vlla aptitudine Abb. in addition. ad cap. in noſtra de Reſcrip. verſ. nonnulli ſub num. 1. priuatio enim per hoc differt à negatione, quod dicat ſubiectum aptum; non enim dicitur lapis *non videt*, ſed *non poteſt* videre.



Digitized by Google

# IDEM

## In Auth. de Inceſt. & nefarijs Nuptijs §. ſi verò contigerit Coll. 2.

### CONCLVSIO XCVIII.

*Filij tenentur alere Patres etiam Bannitos, & infideles.*

INceſtum damnarat opus, Connubia Cęſar
Principio, nulloque dedit, quod poſſet auito
Succeſſiſſe, Aſſi, de Iure nefarius hæres;
Si autem contigerit Connubia prima dediſſe
Naturę, & Legum veros ſine crimine partus [A];
His mox Aſſis onus, patriamque accedere libram,
Supplicio Patris, Genitoris lege ſolutis
Fas eſt; [B] paſcentes Patrem latè omnia Patri
Queis Pater indigeat, præbebunt [C]; Impia legum
Quamuis dextra, minas furioſo ſpreuerit aſtu,
Eſt tamen illa Patris [D]. Diuino quiſquis amore
Motus, naturę legem aſpernatus vtramque
Spreuerit in miſeros alimenta pluiſſe Parentes
Iudicij ętherei reus eſt [E]; non illa retorquent
Verba luem, centum accipiet, qui terga parenti
Parthenius dederit fugitiuo corpore miles. [F]

A
D. §. ſi vero cõtigerit Coll. 2.

B
Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſoluitur §. Pænæ ſeruus effectus filios in poteſtate habere definit.

C
L. fin. § 5. C. de bon. quæ lib. ibi & ab ipſis liberis parentibus.

D
Ariſtoteles 3. œconom. ibi ſicuti Parentes alendo filios imbecilles, ita mox ipſi imbecilles ſerui (ideſt pænæ) facti eadem alimenta à Valentibus filijs reportare debent.

A
Si autem contigerit ex prioribus nuptijs inculpabilibus filios eſſe ei, aut nepotes forte, aut vlterius.

B
Paternam mox illi accipiant hæreditatem, ſiue ſucceſſionẽ ſuę quidem poteſtatis Patris ſupplicio facti.

C
Paſcentes autẽ eum, & omnia neceſſaria præbentes.

D
Nam licet legum contemptor, & Impius ſit tamen Pater eſt.

E
Can. ſi qui filij. 30. diſtinct. Iuo. par. 8. cap. 319.

F
Can. 1. & princ. 28. q. 1. Luc. 14. qui non odit Patrem, Matrem, Vxorem, Fratrem, & Sororem propter me non eſt me dignus.

E
Si qui filij parentes maxime fideles (ergo etiam infideles) deſeruerint occaſione Dei cultus hoc iuſtum eſſe iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt, &c. anathema ſit.

IMPE-

# IMPERATOR ANTONINVS

Ex l. vnica C. Pœnis Fiſcalibus Creditores præferri lib. 10.

## CONCLVSIO XCIX.

*Fiſcus non habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis ad pœnas exigendas.*

FIſcus enim ſi ſub pœnis hypotheca lateret,
Dicitur anterior ſuper omnia Creditor, atqui
Nunc poſtponetur, repetet ſua munera Dotis
Vxor [A], fiſcaliſque eſt Creditor vltimus [B], & quod
Iudicio placuit fiſcali, vt quilibet aurum
Reppeteret proprium fiſcalibus omnia pœnis
Pręponens, [C] Felix pœnę pręponitur ex quo
Condemnata parens, fiſcus bona cuncta recepit [D].
Ergò Hypothecali fiſcus non pignore gaudet.

A
L. vn. C. pænis fiſcal. cred. præf. lib. 10. l. qui contractibus C. de Iure fiſci lib. 10. l. ſi marito ff. ſoluto matrimon.

B
L. in ſumma ff. de Iure fiſci.

C
L. Quod placuit ff. de Iure fiſci.

D
L. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de Iure fiſci. ibi Felix aiebat ſe ante pænam eſſe; ex his omnibus conuincitur fiſcum hypothecam tacitam non habere in bonis Delinquentis, &c.

A
Fiſcus dicitur anterior creditor, nunc autē poſtponitur ibi ſi marito publico Iudicio dānata pars aliqua Bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet, inter quos vxor, quoque. l. qui Cōtractibus C. de Iu. fiſ. lib. 10.

B. In ſumma ſciendum eſt omnium pænarum fiſcalium petitionem Creditoribus poſtponi.

C. Quod placuit fiſco pænam non eſſe petendam, niſi creditores ſuum recuperaſſent.

D. L. ſtatius Florus §. Cornelio Felici de Iu. fiſci.

IMPE-

# IMPERATOR CONSTANTINVS

## Ex l. ſi Senator 11. C. de Dignitatibus lib. 12.

### CONCLVSIO C.

*Filius Regis eſt is, qui natus eſt tempore regni paterni licet antea conceptus fuerit.*

Quid dedignetur Potentia Regia Senatoribus exæquari, nam Dignitas communis eſt non ſolum Senatori, ſed Regi etiam dignitas enim Regis eſt, Dignitas etiam, Senatoria Maieſtas eſt, cum ergo aliquid de vno ex duobus connexis diſponitur, & de alio idem diſponi dicitur. Cap. Translato de Conſtitut. Ariſtoteles de prædicamentis, Cap. Relatum de Præb. & Dign. &c.

REgia Magnificis armata potentia Regnis
Ampla Senatori, exæquatur nomine digno;
Digna Senatori maieſtas, dignaque Regi eſt;
Ergò Senatoris quidquid diſponit in actu
Cæſar, Regalis non dedignetur origo
Accipere, & vetitis ſimul abſtinuiſſe querelis.

L. ſi Senator. ſi Senator, vel alius clariſſimus priuatus habeat filios, editos quippe ante quam ſuſciperet dignitatem (quod nõ ſolum circa maſculos dignoſcitur ſtatutum, verum etiám circa fœminas) ſimili conditione ſeruandum, cum autem Paternos honores inuidere filijs non oporteat, à Senatore, vel clariſſimo ſuſceptum in clariſſimatus ſciendum eſt dignitate manſurum.

CAeſarei huc vſque Imperij munimina Muſę
Erexere, vetant me longius ire Camænę.
Non hic Pierides ſemper luſere, nec intus
Velificatus Athos, ruptiue Acherontis hiatus
Otia conciliant, non fœdo crimine natum
Narrat Erichthonium, nec toto Iure pererrat
Ille furor quem Tireſia ſata laudet; & æſtro
Exęquet Clario, ſi quę tamen vlla voluptas
Carminibus, facit hanc ęterna ANTONIVS Vmbra,
Quam palmis, quàm laurigeris facit arcubus Vmbram.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005680364

Digitized by Google

Digitized by Google